An. et vol. CIII 5 Augusti 2011 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA BENEDICTI PP. XVI

LITTERAE DECRETALES

I

Quibus beatae Mariae a Cruce Sanctorum honores decernuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Et, quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico vobis: non perdet mercedem suam » (*Mt* 10, 42).

Beata Maria a Cruce in se Domini verba recepit atque suam vitam pauperibus omne genus dicavit. Ordinis Hospitalarii S. Ioannis de Deo regulam prae oculis habens, non dubitavit cum pauperibus se reddere pauperam, cum in eis viventem conspiceret Salvatoris imaginem. Ioanna Jugan, quae religiosa nomen recepit Mariam a Cruce, die XXV mensis Octobris anno MDCCXCII in pago Petites-Croix, apud Cancalem in Francogallia. Prima elementa a sancti Ioannis Eudes Tertiariis recepit, quae, licet religiosa persecutio propter Francogallicam subversionem ingrueret, in illa pietate eam instituerunt, quae apud Aremoricae gentem firma manebat. Patre praemature mortuo, domum coacta est relinquere, ut familiam iuvaret. Se totam Domino consecrare cupiens, nuptias recusavit atque anno MDCCCXVII in Tertium Ordinem Cordis Matris Admirabilis est ingressa, quern condidit sanctus Ioannes

Eudes. De praecipuis Eudianae spiritalitatis elementis spiritalem institutionem sic absolvit, quae secum ferunt amabilem contemplationem Cordium Iesu et Mariae, continenter coram eis vivere, tantummodo propter amorem vivere, amore tantum agere absque aliis propositis praeter ipsum Amorem. Cum se propter Dominum tradere vellet, valetudinarium loci Rosais in Saint-Servant adiit, primum ut in pharmacopola opem ferret, post sacerdoti cuidam seni aegrotoque inserviret. Otiosa fidem christianam tradebat. Anno MDCCCXXIII inservire coepit dominae Lecoq quacum XII annos mansit, in precatione et continuata pietatis caritatisque vitae progressione, coniungens sic contemplationem et apostolicam operam. Illa mortua, die XXVII mensis Ianuarii anno MDCCCXXXV Ioanna Jugan pauperibus curandis totam se tradidit. Eius opus caritatis silentis et continuatae nonnullas iuvenes non praeteriit, quae amoris mandatum experiri contendebant. Cito igitur, a sacerdote quodam spiritali moderatione flagitata, hospitalariam consociationem constituerunt, quae initio «Servae Pauperum» appellabatur. Anno MDCCCXL Ioanna communitatis antistita est electa et regulam ad Ordinis Hospitalarii S. Ioannis de Deo normas finxit. Die XV mensis Octobris anno MDCCCXL haec pia sodalitas ab Episcopo est comprobata. Increbrescentibus iis qui curabantur et opem ferebant, alias domos emere necesse fuit atque oriens Congregatio in tota Francogallia augeri coepta est. Sacerdos, spiritalis moderator, anno MDCCCXLIII, decrevit ut fundatrix immutaretur, sic ea Antistitae officium deponere et mera mendicans fieri est coacta. Die IV mensis Februarii anno MDCCCXLIV Servae Pauperum castitatis oboedientiae et paupertatis votis hospitalitatis votum addiderunt. Hoc postremum votum sibi volebat ut aliud acceptaretur. Singuli communitatis sodales officiose in religiosam vitam intraverunt et novum nomen sumpserunt. Ioanna sic Soror Maria a Cruce facta est, mendicantis producens munus. Autumno anno MDCCCXLV Francogalliae Academia ei praemium Montonyon credidit, quod ad Francogallum vel Francogallam pauperem destinabatur, spectatissimo quodam opere praestantem. Quod incohatae operae prima fuit officialis civilis agnitio, cui tandem definitum nomen inditum est, «Parvae Sorores Pauperum», quae senes pauperes reciperent et iuvarent. Brevi tempore mirabiliter increbruerunt, sic die XXIX mensis Maii anno MDCCCLII canonicam dioecesanam et die XI mensis Decembris anno MDCCCLIV pontificiam comprobationem obtinuerunt. Illa aetate CCCCC sorores et XXXVI domus annumerabantur. Soror Maria a Cruce primum ad principem domum Redonensem atque post ad oppidum La Tour-Saint Joseph ut postremi ordinis soror est translata una cum novitiatu, ubi XXVIII

annos mansit, usque ad mortem. Suas praecipuas notas servavit: humilem tranquillitatem, bonitatem, apostolicum alliciens studium, bene complures Parvas Sorores Pauperum afficiens, quae in ea Congregationis regulam non scriptam, sed viventem respiciebant. Precatione et operibus Instituti provectionem est comitata, quod Conditrice viva complures Nationes attigit. Domino usque confidens, cui omnes aerumnas aegritudinesque committebat necnon studiosa pietatis precationisque vita, mirandum caritatis opus sustinuit in proximum indigentem, praesertim in senes desertos, quibus se totam dicavit. Humilitate praestitit, cum haec virtus eiusdem insignis spiritalitatis principem locum obtineret. Die XXIX mensis Augusti anno MDCCCLXXIX de hoc mundo demigravit et Congregatio MMCCCC sorores diversis in continentibus annumerabat. Sanctitatis fama increbrescente, Redonensis Episcopus beatificationis et canonizationis per celebrationem Processus Ordinarii Informativi Causam incohavit, qui anno MCMXXXIX ad finem est perductus. Die XIII mensis Iulii anno MCMLXXIX Venerabilis Dei Servus Ioannes Paulus II Decretum de virtutibus, heroum in modum exercitis, evulgavit. His absolutis iure statutis rebus, idem Summus Pontifex die XI mensis Maii anno MCMLXXXII Decretum de miraculo edidit pro beatificatione, quae Romae die III mensis Octobris anno MCMLXXXII est celebrata. Ad canonizationem quod attinet, sanatio quaedam, quae in urbe Omaha, in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis, evenit, Congregationis de Causis Sanctorum iudicio demandata est. Sanationem Medici Consultores Congregationis de Causis Sanctorum et in Congressu peculiari Consultores Theologi primum, tum in Ordinaria Sessione diei IV mensis Novembris anno MMVIII Patres Cardinales et Episcopi perpenderunt, quem eventum beatae intercessioni tribuerunt. Sic Summus Pontifex Benedictus XVI die VI mensis Decembris anno MMVIII facultatem fecit ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum de miraculo ederet. In Consistorio diei XXI mensis Februarii anno MMIX Nos Ipsi decrevimus ut beatam Mariam a Cruce in sanctorum catalogum referremus, ritum die XI mensis Octobris anno MMIX persolventes.

Hodie igitur in Petriana Basilica inter sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Sigismundum Felicem Feliński, Franciscum Coll

y Guitart, Iosephum Damianum De Veuster, Raphaelem Arnáiz Barón et Mariam a Cruce Jugan Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Huius caelitis, in sanctorum sanctarumque catalogum relatae, hominibus qui nunc sunt exempla demonstrantur atque ipsa, quae iam vivens tot tantorumque operum praeclara edidit documenta, magnopere honoratur, unde complures de eius rebus bene gestis sumant incitamentum et ad christianam pietatem firmiter tenendam invitamentum.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die undecimo mensis Octobris, anno Domini bis millesimo nono, Pontificatus Nostri quinto.

EGO BENEDICTUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 147.517

II

Quibus beatae Camillae Baptistae Varano Sanctorum honores decernuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Beata illa creatura quae nullam ob tentationem bonum inceptum neglegit » (*Vita spiritualis,* IV).

Hanc beatitudinem humiliter et perseveranter vixit ipsa beata Camilla Baptista Varano, quae invicta restitit mundi illecebris, blanditiis divitiisque cumulati qui ei offerebat vitam nobilem et magnificas nuptias, cupiens e contra sponsa Christi fieri et orationi vacare quae in mundi Ecclesiaeque utilitatem cederet.

Nata est die IX mensis Aprilis anno MCDLVIII, filia Iulii Caesaris Varano, Ducis et Domini Camerinensis, in finibus status pontificii in regione Picena. A iuvenili aetate altos attigit gradus culturae qui, una cum adepta religiosa formatione, reddiderunt eam capacem amplectendi Verbum quod Deus per praedicatores et confessarios ipsi infundebat. Decem circiter annos nata Domino promisit singulis feriis sextis unam saltem versare lacrimam ob eius Passionem. In adulescentia experta est quoque tensionem inter desiderium Dei et cupiditates mundi, gratia tamen divina ad victoriam consequendam adque orationem magis magisque ardentem et transformantem eam conduxit. Etenim caelestibus inspirationibus cumulata, per gradualem ascesim atque constantem progressum spiritualem beata Camilla celeriter pervenit ad summum orationis fastigium. Ab illuminatis franciscalibus confessariis conducta, die XXIV mensis Martii anno MCDLXXIX in vigilia sollemnitatis Annuntiationis votum castitatis emisit, exemplum sequens Virginis Mariae, assequi cupiens per eius intercessionem unam dumtaxat scintillam illius amoris quem ipsa beata Virgo Maria in annuntiatione archangeli Gabrielis experta est. Paulo post, in oratione feriae sextae atque acerbam post interiorem concertationem, pervenit ad decernendum id quod vitam eius mutavit, sicut legitur in eius autobiographia: « Meum liberum arbitrium, quod semper forte ac vividum exstitit, tunc sponte, non vi, tamquam iudex in cathedra sedens ad iudicandum crudele certamen, sententiam tulit adversus me. Et tali affectu animoque decrevi Deo servire quod, si hac ratione necesse fuisset martyrium pati, ego

prompte hoc elegissem priusquam huiusmodi consilii me paeniteret» (*Vita spiritualis,* VII). Sic Camilla, quae in timore Dei et cum metu ipsius castigationis hactenus vixerat, detegere potuit Deum amorem esse qui ipsum creaturae se donat, secundum responsionem Ei redditam. Quapropter exsultans in autobiographia ita scripsit de sua liberatione ab hoc metu: «Tunc timorem ipsius, quo antea perculsa eram, amplius non recordabar, ne ullum quidem recordabar peccati in quod umquam incidissem. Et ex eius verbis necnon ex experientia vere didici quod in me adimpletum est, illud nempe propheticum verbum: "In quacumque die peccator conversus fuerit, ego non recordabor amplius eius culpas" (cfr *Ez* 18, 22). Idcirco in amore omnis in profundum immergebar» (*ibid.*). In Camilla, quae interea soror Baptista appellata est post ingressum in Ordinem Sanctae Clarae in monasterio Urbini die XIV mensis Novembris anno MCDLXXXI, ardens ortum est desiderium communicandi dolores interiores quos apud Gethsemani et apud Golgotham Iesus suo in Corde expertus est. Eosdem dolores, qui ex ipso Domini ore narrati erant, descripsit postea in opere cui titulus: «Dolores mentales Iesu in passione eius». Inde studiose contendit penetrare hoc «mare amarissimum, venenosum, amplissimum, innavigabile» (*Vita spiritualis,* XII) quo quis ingredi potest solummodo per gratiam Spiritus Sancti, sicut ipsa Beata asserit. Intima cum Christo coniunctio illuminavit et roboravit eius deditionem monasterio, Ecclesiae eiusque urbi. Pluries electa est abbatissa atque Camerini plurimum contulit ad operam reconciliationis socialis. In schola divinae Sapientiae Beata singularem recepit illuminationem de infinito Dei amore, cuius omnis creatura vere indigna est et incapax rependendi, idcirco ea prima se peccatricem profitebatur, declarans se congrue non respondisse plurimis gratiis acceptis atque se paratam esse ut perficeret ea quae in maiorem Dei honorem verterent. Cum ipsa precibus flagitaret pro se «malum pati«, scilicet in animo pati derelictam esse a Deo et ab hominibus sicut Iesus expertus est, Salvator ipse concessit ei ut participaret passiones Cordis eius duobus modis: primum, ab anno MCDLXXXVIII usque ad annum MCDXCIII per Dei silentium vel noctem spiritus, quae ipsi admodum amara fuit probatio, quoniam supervenit postquam ea extraordinarias experta erat illuminationes visionesque; postea, annis MDII-MDIII propter humiliationem exsilii Atriae in Aprutio, quandoquidem Caesar Borgia suo cum exercitu Camerinum invaserat. Hic enim apprehendit et trucidavit eius patrem Iulium Caesarem Varano atque tres fratres. Beata diffuse describit solitudinem quam patiebatur in prima probatione; attamen de doloribus ob affectus familiares numquam querebatur nec invexit in eos qui

causa illorum dolorum exstiterunt. Dives in amore Dei, quem in oratione excipiebat atque ex constanti meditatione Sacrarum Scripturarum, beata Camilla Baptista Varano summa caritate dilexit sive sorores monasterii, de quibus «ipsa semper bene cogitabat earumque excusabat defectus«, sicut scripsit testis Antonius Segobiensis, monachus Olivetanus, sive proximos extra suum monasterium, quibus per epistulas aliaque scripta atque per specificos gestus fraternae caritatis inserviebat. Similis Moysi in monte precanti qui intercedebat pro populo Israel, Beata pro salute animarum intercedebat, et quemadmodum salus animarum missio est Ecclesiae Christi Iesu, ita et ipsa cupiebat ut Ecclesia renovaretur, prout testatur quaedam sodalis eius: «Soror Baptista saepe ita ardet ob desiderium renovationis Ecclesiae ut nec dormire nec manducare nec loquentem audire valeat, quapropter aliquando hac de causa graviter aegrotat». Suam terrestrem exsistentiam die XXXI mensis Maii anno MDXXIV Camerini explevit.

Fama sanctitatis atque signa statim post mortem eius permoverunt Populum Dei ad illam venerandam, ita ut Decessor Noster Gregorius XVI anno MDCCCXLIII Decretum promulgaverit quo cultum ab immemorabili tempore confirmavit. Nos Ipsi autem die XIX mensis Decembris anno MMV facultatem fecimus Congregationi de Causis Sanctorum decretum promulgandi super virtutibus a Beata exercitis. Ad canonizationem consequendam inde exhibita est apud eandem Congregationem mira quae putatur sanatio puellae Cleliae Ottaviani gravi rachitide affectae cum deformatione ossea. De quo casu perquisitio facta est iam in Processu Apostolico, celebrato in curia archidioecesis Camerinensis annis MDCCCLXXIX-MDCCCLXXXVIII, cuiusque acta iuridice valida agnovit Congregatio Rituum die XVIII mensis Martii anno MDCCCXCI. Huiusmodi approbatio confirmata est decreto Decessoris Nostri Leonis XIII die VIII mensis Aprilis eiusdem anni. De hac inde sanatione incohata est inquisitio dioecesana apud curiam archidioecesanam Camerinensem-Sancti Severini in Piceno annis MMIV-MMVII. Inquisitio obtinuit decretum iuridicae validitatis die XV mensis Februarii anno MMVIII. Consilium Medicorum die XVIII mensis Iunii anno MMIX censuit sanationem esse scientifice inexplicabilem, atque Congressus peculiaris Consultorum Theologorum die XXII mensis Septembris anno MMIX faventem tulit sententiam, ita ut Parres Cardinales et Episcopi, coadunati in Sessione ordinaria die XVI mensis Novembris eiusdem anni, iudicaverint memoratam sanationem a Deo patratam esse per intercessionem beatae Camillae Baptistae Varano. Nosmet Ipsi facultatem fecimus memoratae Congregationi ut decretum super mirum promulgaret die XIX mensis Decembris anno MMIX.

Denique, faventibus Patribus Cardinalibus, Archiepiscopis Episcopisque, in Consistorio die XIX mensis Februarii anni MMX congregatis, statuimus ut canonizationis ritus die XVII insequentis mensis Octobris Romae celebraretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter sacra hanc pronuntiavimus formulam: Ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petti et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Stanislaum Kazimierczyk, Andream Bessette, Candidam Mariam a Iesu Cipitria y Barriola, Mariam a Cruce MacKillop, Iuliam Salzano et Camillam Baptistam Varano Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Deinde Nos Ipsi publice laudavimus necnon venerati sumus novam Sanctam, praesertim eximium extollentes et constantem eius amorem in Deum et proximum, sublimem Iesu Christi passionum meditationem assiduamque pro spiritali Ecclesiae omniumque hominum bono orationem. Ipsam quoque nostrae aetatis hominibus uti exemplum ostendimus, pro certo habentes eius spiritale iter, videlicet certamina, desideria et virtutes, valde prodesse cunctis altiorem vitae rationem inquirentibus.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo septimo mensis Octobris, anno Domini bismillesimo decimo, Pontificatus Nostri sexto.

EGO BENEDICTUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 194.038

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

TORONTINA

In Canada nova Chaldaeorum eparchia conditur, Sancti Addai in urbe Torontina appellanda.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui regimen exercemus universae catholicae Familiae, curam adhibere non omittimus de singulis Ecclesiis toto terrarum orbe constitutis. Itaque Filiis Nostris de ritu Chaldaico consulere exoptantes, qui labente temporis cursu, varias ob necessitudines propriis regionibus relictis, novam residentiae et operis sedem in hospitalibus Canadae terris invenerunt, bene fieri censuimus, si, iuxta preces Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus nova inibi circumscriptio ecclesiastica pro illis constitueretur. Qua re, praehabito consilio Venerabilis Fratris Nostri Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum, una cum eius Synodo, itemque annuente Conferentia Canadae Episcoporum, necnon audito Venerabili Fratre Petro López Quintana, Archiepiscopo titulo Acropolitano atque in ea Natione Nuntio Apostolico, aliisque quorum interest, Apostolica Nostra ex potestate, pro fidelibus Chaldaici ritus in Canada commorantibus novam eparchiam *Sancti Addai in urbe Torontina* condimus cuiusque eparchialem sedem Toronti ponimus, cum omnibus iuribus et obligationibus tali novae condicioni inhaerentibus, ad normam Canonum Ecclesiarum Orientalium Codicis, Quae iussimus ad effectum rite adducantur deque absoluto negotio sueta documenta exarentur et Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem iugiter ratam esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto decimo mensis Iunii, anno Domini bis millesimo undecimo, Pontificatus Nostri septimo.

✠ Tharsicius card. Bertone
Secretarius Status

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Piva, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 195.545

II

SYLHETENSIS

In Bangladesa nova conditur dioecesis Sylhetensis.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Missionali Ecclesiae navitati Nos, beati Petri Successor, valde volentes favere, sollicitam nunc vertimus mentem ad fideles in Bangladesa degentes. Eorum igitur spiritales perspicientes necessitates, de nova cogitamus dioecesi, sicut expostulatum est, ibi instituenda. Idcirco, quorum interest cognita sententia, de consilio Congregationis pro Gentium Evangelizatione, plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis, territorium districtuum civilium vulgo *Sylhet*, *Sunamganj*, *Habigganj* et *Moulibazar* ab Archidioecesi Dacchensi abstrahimus, ex quibus novam Dioecesim erigimus Sylhetensem appellandam. Novae ecclesialis communitatis sedem in urbe v.d. Lokhipur statuimus templumque ibidem exstans, Deo in honorem Divinae Misericordiae dicatum, ad gradum evehimus templi Cathedralis, cunctis consentaneis concessis iuribus et privilegiis. Dioecesim Sylhetensem Metropolitanae Ecclesiae Dacchensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis

pro Gentium Evangelizatione subicimus. Cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Ad haec tandem explenda, quae per has Litteras statuimus, Venerabilem Fratrem Iosephum Marino, Archiepiscopum titulo Natchitochensem et Apostolicum Nuntium in Bangladesa, deputamus, onere imposito ad memoratam Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die octavo mensis Iulii, anno Domini bismillesimo undecimo, Pontificatus Nostri septimo.

✠ Tharsicius card. Bertone
Secretarius Status

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 196.063

III

MALAESIA

In Malaesia Nuntiatura Apostolica conditur.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum inter Apostolicam Sedem et Malaesiam publica officiorum vincula feliciter inita fuerint, ut ex his institutis mutuae necessitudinis rationes rerum ecclesiasticarum et civilium proferantur incrementa, Nobis peropportunum visum est Nuntiaturam Apostolicam in eadem constituere. De communi igitur utriusque partis voto, summa Nostra potestate, harum Litterarum

virtute in Malaesia Nuntiaturam Apostolicam erigimus, factis iuribus, privilegiis, honoribus, praerogativis et indultis, quae huiusmodi Legationum, in territoriis sub iurisdictione Congregationis pro Gentium Evangelizatione manentium, propria sunt.

Has denique Litteras, in forma Brevis maioris expeditas, nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Iulii, anno MMXI, Pontificarus Nostri septimo.

✠ THARSICIUS card. BERTONE
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 196.229

ALLOCUTIONES

I

Dum inauguratur exhibitio «Splendor veritatis, pulchritudo caritatis» quam Benedicto XVI, sexagesimum annum a sacerdotali ordinatione recolenti, artifices offerunt.*

Signori Cardinali,
Venerati Fratelli nell'Episcopato e nel Sacerdozio,
Cari Amici,

è per me una grande gioia incontrarvi e ricevere il vostro creativo e multiforme omaggio in occasione del 60º anniversario della mia Ordinazione sacerdotale. Vi sono sinceramente grato per la vostra vicinanza in questa ricorrenza per me così significativa e importante. Nella Celebrazione eucaristica del 29 giugno scorso, Solennità dei Santi Apostoli Pietro e Paolo, ho ringraziato il Signore per il dono della vocazione sacerdotale. Oggi ringrazio voi per l'amicizia e la gentilezza che mi manifestate. Saluto cordialmente il Cardinale Angelo Sodano, decano del sacro Collegio, e il Cardinale Gianfranco Ravasi, Presidente del Pontificio Consiglio della Cultura, che, insieme ai suoi collaboratori, ha organizzato questa singolare manifestazione artistica, e lo ringrazio per le cortesi parole che mi ha indirizzato. Rivolgo anche il mio saluto a tutti i presenti, in modo particolare a voi, cari Artisti, che avete accolto l'invito a presentare una vostra creazione in questa Mostra.

Il nostro odierno incontro, in cui ho la gioia e la curiosità di ammirare le vostre opere, vuole essere una nuova tappa di quel percorso di amicizia e di dialogo che abbiamo intrapreso il 21 novembre del 2009, nella Cappella Sistina, un evento che porto ancora impresso nell'animo. La Chiesa e gli artisti tornano ad incontrarsi, a parlarsi, a sostenere la necessità di un colloquio che vuole e deve diventare sempre più intenso e articolato, anche per offrire alla cultura, anzi alle culture del nostro tempo un esempio eloquente di dialogo fecondo ed efficace, orientato a rendere questo nostro mondo più umano e più bello. Voi oggi mi presentate il frutto della vostra creatività, della vostra riflessione, del vostro talento, espressioni dei vari ambiti artistici che qui rappresentate: pittura, scultura, architettura, oreficeria, fotografia, cinema,

* Die 4 Iulii 2011.

musica, letteratura e poesia. Prima di ammirarle insieme a voi, permettetemi di fermarmi solo un momento sul suggestivo titolo di questa Esposizione: « Lo splendore della verità, la bellezza della carità ». Proprio nell'Omelia della Messa *pro eligendo pontifice*, commentando la bella espressione di San Paolo della Lettera agli Efesini « *veritatem facientes in caritate* »,[1] definivo il « fare la verità nella carità » come una formula fondamentale dell'esistenza cristiana. E aggiungevo: « In Cristo, coincidono verità e carità. Nella misura in cui ci avviciniamo a Cristo, anche nella nostra vita, verità e carità si fondono. La carità senza verità sarebbe cieca; la verità senza carità sarebbe come "un cembalo che tintinna" ».[2] È proprio dall'unione, vorrei dire dalla sinfonia, dalla perfetta armonia di verità e carità, che emana l'autentica bellezza, capace di suscitare ammirazione, meraviglia e gioia vera nel cuore degli uomini. Il mondo in cui viviamo ha bisogno che la verità risplenda e non sia offuscata dalla menzogna o dalla banalità; ha bisogno che la carità infiammi e non sia sopraffatta dall'orgoglio e dall'egoismo. Abbiamo bisogno che la bellezza della verità e della carità colpisca l'intimo del nostro cuore e lo renda più umano. Cari amici, vorrei rinnovare a voi e a tutti gli artisti un amichevole e appassionato appello: non scindete mai la creatività artistica dalla verità e dalla carità, non cercate mai la bellezza lontano dalla verità e dalla carità, ma con la ricchezza della vostra genialità, del vostro slancio creativo, siate sempre, con coraggio, cercatori della verità e testimoni della carità; fate risplendere la verità nelle vostre opere e fate in modo che la loro bellezza susciti nello sguardo e nel cuore di chi le ammira il desiderio e il bisogno di rendere bella e vera l'esistenza, ogni esistenza, arricchendola di quel tesoro che non viene mai meno, che fa della vita un capolavoro e di ogni uomo uno straordinario artista: la carità, l'amore. Lo Spirito Santo, artefice di ogni bellezza che è nel mondo, vi illumini sempre e vi guidi verso la Bellezza ultima e definitiva, quella che scalda la nostra mente e il nostro cuore e che attendiamo di poter contemplare un giorno in tutto il suo splendore. Ancora una volta, grazie per la vostra amicizia, per la vostra presenza e perché portate nel mondo un raggio di questa Bellezza, che è Dio.

Di vero cuore imparto a tutti voi, ai vostri cari e all'intero mondo dell'arte la mia Benedizione Apostolica.

[1] 4, 15.
[2] *1 Cor* 13, 1.

II

Sesquicentenaria recurrente aetate ab exordiis diarii «L'Osservatore Romano».*

Cari fratelli e sorelle,

sono lieto di potervi incontrare nella sede del quotidiano L'Osservatore Romano, dove ogni giorno voi svolgete il vostro lavoro, un lavoro prezioso e qualificato, al servizio della Santa Sede. Vi saluto tutti con affetto. Saluto il Direttore, prof. Giovanni Maria Vian, il Vicedirettore, i redattori e tutta la grande famiglia di questo giornale. Pochi giorni fa, il 1º luglio, L'Osservatore Romano ha raggiunto il notevole traguardo dei 150 anni di vita. Vorrei dirvi di vero cuore come si fa in casa: buon compleanno! Questa ricorrenza suscita sentimenti di gratitudine e di legittima fierezza, ma, accanto alle commemorazioni particolari e solenni ho voluto venire anche qui, in mezzo a voi, per esprimere la mia riconoscenza a ciascuno di coloro che il giornale concretamente lo «fanno», con passione umana e cristiana e con professionalità.

Da molto tempo ero realmente curioso di vedere come si fa oggi un giornale, dove nasce il giornale, e conoscere almeno per un momento le persone che fanno questo nostro giornale. Ho avuto adesso la gioia di scoprire il modo moderno, totalmente diverso da quello di cinquant'anni fa, in cui un giornale nasce. Esige molta più, diciamo, creatività umana che lavoro tecnico. E così questa «officina» è certamente dedicata al fare, ma prima, soprattutto, al conoscere, al pensare, al giudicare, al riflettere. Non è nemmeno solo una "officina": è soprattutto un grande osservatorio, come dice il nome. Osservatorio per vedere le realtà di questo mondo e informarci di queste realtà. Mi sembra che da questo osservatorio si vedano sia le cose lontane come quelle vicine. Lontane in un duplice senso: anzitutto lontane in tutte le parti del mondo, come sono le Filippine, l'Australia, l'America Latina; questo per me è uno dei grandi vantaggi de «L'Osservatore Romano», che offre realmente un'informazione universale, che realmente vede il mondo intero e non solo un parte. Per questo sono molto grato, perché normalmente nei giornali si danno informazioni, ma con una preponderanza del proprio mondo e ciò fa dimenticare molte altre parti della terra, che sono non meno importanti. Qui si vede qualcosa della coincidenza di *Urbs et Orbis* che è caratteristica della

* Die 5 Iulii 2011.

cattolicità e, in un certo senso, è anche una eredità romana: veramente vedere il mondo e non solo se stessi.

In secondo luogo, da questo osservatorio si vedono le cose lontane anche in un altro senso: « L'Osservatore » non rimane alla superficie degli avvenimenti, ma va alle radici. Oltre la superficie ci mostra le radici culturali e il fondo delle cose. È per me non solo un giornale, ma anche una rivista culturale. Ammiro come è possibile ogni giorno dare dei grandi contributi che ci aiutano a capire meglio l'essere umano, le radici da cui vengono le cose e come devono essere comprese, realizzate, trasformate. Ma questo giornale vede anche le cose vicine. Qualche volta è proprio difficile vedere vicino, il nostro piccolo mondo, che tuttavia è un mondo grande.

C'è un altro fenomeno che mi fa pensare e del quale sono grato, cioè che nessuno può informare su tutto. Anche i mezzi più universalistici, per così dire, non possono dire tutto: è impossibile. È sempre necessaria una scelta, un discernimento. E perciò è decisivo nella presentazione dei fatti il criterio di scelta: non c'è mai il fatto puro, c'è sempre anche una scelta che determina che cosa appare e che cosa non appare. E sappiamo bene che le scelte delle priorità oggi sono spesso, in molti organi dell'opinione pubblica, molto discutibili. E L'Osservatore Romano, come ha detto il Direttore, nella sua testata si è dato da sempre due criteri: « *Unicuique suum* » e « *Non praevalebunt* ». Questa è una sintesi caratteristica per la cultura del mondo occidentale. Da una parte, il grande diritto romano, il diritto naturale, la cultura naturale dell'uomo concretizzata nella cultura romana, con il suo diritto e il senso di giustizia; e dall'altra parte il Vangelo. Si potrebbe anche dire: con questi due criteri — quello del diritto naturale e quello del Vangelo — abbiamo come criterio la giustizia e, dall'altra parte, la speranza che viene dalla fede. Questi due criteri insieme — la giustizia che rispetta ognuno e la speranza che vede anche le cose negative nella luce di una bontà divina della quale siamo sicuri per la fede — aiutano ad offrire realmente un'informazione umana, umanistica, nel senso di un umanesimo che ha le sue radici nella bontà di Dio. E così non è solo informazione, ma realmente formazione culturale.

Per tutto questo vi sono grato. Di cuore imparto a tutti voi, ai vostri cari la Benedizione Apostolica.

CONVENTIONES

I.

INTER SANCTAM SEDEM ET SLOVENIAM DE IURIDICIS QUAESTIONIBUS

ACCORDO

FRA LA SANTA SEDE E LA REPUBBLICA DI SLOVENIA SU QUESTIONI GIURIDICHE

La Santa Sede e la Repubblica di Slovenia

– considerando l'Accordo stipulato per l'avvio dei rapporti diplomatici fra le Parti;

– facendo riferimento, la Santa Sede ai documenti del Concilio Vaticano II e alle prescrizioni del Diritto Canonico e la Repubblica Slovena alle norme della Costituzione e in particolare agli articoli NN. 7 e 41;

– tenendo presente l'importanza dei diritti dell'uomo e richiamandosi, in particolare, ai principi internazionali riconosciuti sulla libertà di pensiero, coscienza e religione;

– partendo dal plurisecolare legame storico fra la Chiesa Cattolica ed il popolo sloveno;

hanno stabilito di comune accordo quanto segue:

Articolo 1

La Santa Sede e la Repubblica di Slovenia riaffermano il principio che la Chiesa Cattolica e lo Stato sono, ciascuno nel proprio ordine, indipendenti ed autonomi, e si impegnano al pieno rispetto di tale principio nei loro rapporti reciproci e alla collaborazione per la promozione della persona e del bene comune.

La Chiesa Cattolica nella Repubblica di Slovenia svolge la sua attività in piena libertà, in conformità alle norme del Diritto Canonico e nel rispetto dell'ordine giuridico della Repubblica di Slovenia.

Articolo 2

La Repubblica di Slovenia riconosce la personalità giuridica della Chiesa Cattolica.

La Repubblica di Slovenia riconosce anche la personalità giuridica di tutte le istituzioni ecclesiastiche territoriali e personali con sede nella Repubblica di Slovenia, che hanno questa personalità secondo le norme del Diritto Canonico. L'Autorità ecclesiastica, nel rispetto dell'ordine giuridico della Repubblica di Slovenia, ne farà debita notifica ai competenti organi dello Stato, affinchè essi le registrino.

Articolo 3

L'ordinamento giuridico della Repubblica di Slovenia assicura alla Chiesa Cattolica libertà di azione, di culto e di catechesi.

L'autorità competente della Chiesa Cattolica, nel rispetto dell'ordine giuridico della Repubblica di Slovenia, notifica all'autorità competente dello Stato tutte le attività liturgiche straordinarie e altre riunioni religiose pubbliche straordinarie (pellegrinaggi, processioni, incontri).

Articolo 4

Spetta esclusivamente all'autorità ecclesiastica competente erigere, mutare e sopprimere le strutture ecclesiastiche, e in particolare le circoscrizioni territoriali ecclesiastiche (arcidiocesi, diocesi, amministrazioni apostoliche, prelature territoriali e personali, abbazie) conventi, parrocchie, associazioni di vita consacrata e di apostolato.

Nessuna diocesi della Chiesa Cattolica nella Repubblica di Slovenia avrà territori fuori del confine della Repubblica di Slovenia e nessuna parte del territorio della Repubblica di Slovenia potrà appartenere a una diocesi, la cui sede si trovi fuori del territorio della Repubblica di Slovenia.

Articolo 5

Spetta alla Chiesa Cattolica provvedere gli uffici ecclesiastici in conformità alle norme del Diritto Canonico.

La nomina, l'accettazione delle dimissioni e la rimozione dei Vescovi competono esclusivamente alla Santa Sede.

Articolo 6

La Chiesa Cattolica nella Repubblica di Slovenia e le sue persone giuridiche e fisiche possono liberamente comunicare e mantenere contatti con la Santa Sede e tra di loro senza ostacoli.

Le stesse possono anche liberamente instaurare rapporti e collaborare con le altre Conferenze Episcopali, altre associazioni ecclesiali, altre organizzazioni e persone giuridiche, sia in patria sia all'estero.

Articolo 7

La Chiesa Cattolica ha la piena libertà di possedere mezzi di comunicazione ed ha, ugualmente alle altre persone giuridiche, diritto di accesso a tutti i mezzi pubblici di comunicazione.

Articolo 8

Le persone giuridiche della Chiesa Cattolica possono erigere associazioni nel rispetto della legislazione della Repubblica di Slovenia.

La Repubblica di Slovenia riconosce il diritto dei fedeli di istituire associazioni, conformi alle norme e agli scopi definiti dal Diritto Canonico e libere di svolgere attività pubbliche. Gli aspetti giuridici delle attività intraprese da tali associazioni ecclesiastiche saranno regolati dalle rispettive norme della legislazione slovena.

Le persone giuridiche della Chiesa Cattolica possono erigere fondazioni che opereranno nel rispetto delle leggi della Repubblica di Slovenia.

Articolo 9

Le persone giuridiche della Chiesa Cattolica con sede nella Repubblica di Slovenia possono, in conformità alle leggi della Repubblica di Slovenia, acquistare, possedere, usufruire, alienare mobili e immobili e possono ottenere e rinunciare ai diritti di proprietà e a altri diritti reali.

Articolo 10

La Chiesa Cattolica, nel rispetto delle leggi della Repubblica di Slovenia e in conformità alle norme del Diritto Canonico, ha il diritto di istituire e

gestire scuole di ogni ordine e grado, collegi e altre istituzioni di insegnamento e di educazione.

Lo Stato sovvenzionerà i centri di cui al paragrafo precedente, secondo gli stessi criteri seguiti per simili istituzioni private.

Gli alunni e studenti di questi centri godranno dello status di cui godono gli studenti dei centri di insegnamento pubblico.

Articolo 11

Le autorità competenti della Chiesa e le autorità competenti dello Stato nonché gli organismi delle comunità locali collaboreranno per conservare e salvaguardare i monumenti e altri beni culturali, nonché gli archivi che sono di proprietà della Chiesa.

Articolo 12

Nella Repubblica di Slovenia è assicurato il rispetto completo della libertà religiosa agli individui negli ospedali, nelle case di cura, nelle carceri e in altre istituzioni i cui residenti hanno difficoltà di libero movimento.

La Chiesa Cattolica, in conformità alle relative leggi sulla materia, ha diritto di svolgere attività pastorali in tali istituzioni.

Articolo 13

Le istituzioni ecclesiastiche caritative e sociali, e le organizzazioni che si occupano di beneficenza e solidarietà sociale organizzate in conformità alla legge slovena, riceveranno lo stesso trattamento riservato a simili organizzazioni umanitarie operanti nel Paese, per quanto riguarda le agevolazioni, gli aiuti e altri provvedimenti di sostegno.

Articolo 14

La Santa Sede e la Repubblica di Slovenia si impegnano di risolvere di comune accordo, per via diplomatica, dubbi o difficoltà che potrebbero sorgere nell'interpretazione e nell'applicazione delle disposizioni del presente Accordo.

La Santa Sede e la Repubblica di Slovenia si impegnano nel proseguire la trattazione di tutte le questioni aperte, che non sono oggetto di questo Accordo, in vista di una loro soluzione pattizia.

Articolo 15

Il presente Accordo sarà ratificato secondo le norme procedurali proprie delle Alte Parti contraenti ed entrerà in vigore al momento dello scambio degli strumenti di ratifica.

Firmato a Ljubljana, il 14 dicembre 2001, in doppio originale, ciascuno in lingua italiana e slovena, i cui testi sono ugualmente autentici.

✠ *Jean-Louis Tauran*
Per la
Santa Sede

Dimitrij Rupel
Per la
Repubblica di Slovenia

SPORAZUM

MED SVETIM SEDEŽEM IN REPUBLIKO SLOVENIJO O PRAVNIH VPRAšANJIH

Sveti sedež in Republika Slovenija

sta,

– izhajajoč iz Sporazuma o vzpostavitvi diplomatskih odnosov med pogodbenicama;

– upoštevajoč, Republika Slovenija svojo ustavo, zlasti 7. in 41. člen, Sveti sedež, dokumente 2. vatikanskega koncila in norme kanonskega prava;

– zavedajoč se pomena človekovih pravic ter zlasti ob sklicevanju na mednarodno priznana načela svobode mišljenja, vesti in verovanja;

– izhajajoč iz večstoletne zgodovinske povezanosti med Katoliško cerkvijo in slovenskim ljudstvom;

sklenila naslednji sporazum:

1. člen

Sveti sedež in Republika Slovenija potrjujeta načelo, da sta država in Katoliška cerkev, vsaka v svoji ureditvi, neodvisni in samostojni, in se

zavezujeta k polnemu spoštovanju tega načela v svojih medsebojnih odnosih in k sodelovanju pri napredku človekove osebe in skupnega dobrega.

Katoliška cerkev v Republiki Sloveniji deluje svobodno po kanonskem pravu, v skladu s pravnim redom Republike Slovenije.

2. člen

Republika Slovenija priznava pravno osebnost Katoliške cerkve.

Republika Slovenija priznava tudi pravno osebnost vseh teritorialnih in personalnih cerkvenih institucij s sedežem v Republiki Sloveniji, ki imajo to osebnost po normah kanonskega prava. Cerkvena oblast jih mora v skladu s pravnim redom Republike Slovenije priglasiti pristojnemu državnemu organu, da jih registrira.

3. člen

Pravni red Republike Slovenije Katoliški cerkvi zagotavlja svobodo delovanja, bogočastja in kateheze.

Vsa izredna javna bogoslužna opravila in druga javna verska zbiranja (romanja, procesije, srečanja) pristojna oblast Katoliške cerkve v skladu s pravnim redom Republike Slovenije priglasi pristojnemu državnemu organu.

4. člen

Pristojna cerkvena oblast je izključno pristojna za vzpostavitev, spremembo in ukinitev cerkvenih struktur, zlasti cerkvenih območij (nadškofij, škofij, apostolskih administratur, personalnih in teritorialnih prelatur, opatij), samostanov, župnij ter ustanov posvečenega in družb apostolskega življenja.

Nobena škofija Katoliške cerkve v Republiki Sloveniji ne bo obsegala ozemlja, ki je zunaj meja Republike Slovenije, in noben del ozemlja Republike Slovenije ne bo pripadal škofiji, katere sedež je zunaj Republike Slovenije.

5. člen

V pristojnost Katoliške cerkve sodi, da po normah kanonskega prava podeljuje imenovanja in cerkvene službe.

Imenovanje, sprejemanje odpovedi in premestitev škofov so v izključni pristojnosti Svetega sedeža.

6. člen

Katoliška cerkev v Republiki Sloveniji ter njene pravne in fizične osebe lahko svobodno vzpostavljajo in neovirano ohranjajo stike s Svetim sedežem in med seboj.

Prav tako lahko tudi svobodno vzpostavljajo stike in sodelujejo s škofovskimi konferencami, drugimi cerkvenimi ustanovami ter drugimi organizacijami in pravnimi osebami, bodisi doma ali po svetu.

7. člen

Katoliška cerkev ima polno svobodo posedovanja lastnih sredstev obveščanja in ima, enako kot druge pravne osebe, pravico dostopa do vseh javnih sredstev obveščanja.

8. člen

Pravne osebe Katoliške cerkve lahko ustanavljajo združenja v skladu z zakonodajo Republike Slovenije.

Republika Slovenija priznava pravico vernikov, da v skladu z normami in cilji, določenimi s kanonskim pravom, ustanavljajo združenja, ki svobodno in javno delujejo. Pravni vidiki dejavnosti teh cerkvenih združenj se urejajo v skladu z ustreznimi predpisi Republike Slovenije.

Pravne osebe Katoliške cerkve lahko ustanavljajo fundacije, ki delujejo v skladu z zakonodajo Republike Slovenije.

9. člen

Pravne osebe Katoliške cerkve s sedežem v Republiki Sloveniji lahko v skladu z zakonodajo Republike Slovenije pridobivajo, posedujejo, uživajo in odtujujejo premičnine in nepremičnine ter pridobivajo lastninske in druge stvarne pravice ali se jim odpovedujejo.

10. člen

Katoliška cerkev ima v skladu z zakonodajo Republike Slovenije in v skladu s kanonskim pravom pravico ustanavljati in upravljati šole vseh vrst in stopenj, dijaške in študentske domove ter druge izobraževalne in vzgojne ustanove.

Država bo podpirala ustanove iz prejšnjega odstavka ob enakih pogojih, kot podpira druge tovrstne zasebne ustanove.

Status dijakov, študentov in gojencev teh ustanov je izenačen s statusom gojencev v javnih ustanovah.

11. člen

Pristojni državni organi in pristojni organi lokalnih skupnosti ter pristojna cerkvena oblast sodelujejo pri ohranjanju in vzdrževanju kultumih spomenikov ter drugih kulturnih dobrin in arhivov, ki so v cerkveni lasti.

12. člen

V Republiki Sloveniji je zagotovljeno celovito spoštovanje verske svobode posameznikom v bolnišnicah, domovih za ostarele, zaporih in drugih ustanovah, v katerih je oteženo svobodno gibanje oseb, ki se v njih nahajajo.

Katoliška cerkev ima pravico do pastoralnega delovanja v teh ustanovah v skladu z ustreznimi zakoni s tega področja.

13. člen

Dobrodelne in socialne cerkvene ustanove in organizacije, ki se ukvarjajo z dobrodelnostjo in družbeno solidarnostjo ter so organizirane v skladu s slovensko zakonodajo, so glede olajšav, pomoči in drugih spodbujevalnih ukrepov izenačene z drugimi podobnimi dobrodelnimi organizacijami v državi.

14. člen

Sveti sedež in Republika Slovenija bosta reševala sporazumno po diplomatski poti morebitna razhajanja, ki bi lahko nastala pri razlagi ali uporabi določb tega sporazuma.

Sveti sedež in Republika Slovenija si bosta nadalje prizadevala obravnavati vsa odprta vprašanja, ki niso predmet tega sporazuma, z namenom njihove sporazumne rešitve.

15. člen

Ta sporazum bo ratificiran v skladu s pravili vsake od pogodbenic in bo začel veljati z izmenjavo listin o ratifikaciji.

Podpisano v Ljubljani, 14. decembra 2001, v dveh izvirnikih, od katerih je vsak v italijanskem in slovenskem jeziku, pri čemer sta besedili v obeh jezikih enako verodostojni.

✠ *Jean-Louis Tauran*	*Dimitrij Rupel*
Za Sveti sedež	Za Republiko Slovenijo

Conventione inter Sanctam Sedem et Sloveniam rata habita, die XXVIII *mensis Maii anno* MMIV *ratihabitionis instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt in Civitate Vaticana; a quo die Conventio vigere coepit ad norman articuli* XV *eiusdem Pactionis.*

II.

INTER APOSTOLICAM SEDEM ET AZERBAIGIANIAE REMPUBLICAM

AGREEMENT BETWEEN THE HOLY SEE AND THE REPUBLIC OF AZERBAIJAN ON THE JURIDICAL STATUS OF THE CATHOLIC CHURCH IN THE REPUBLIC OF AZERBAIJAN

The Holy See and the Republic of Azerbaijan, having in common the desire to strengthen and promote, in the spirit of friendship, the relations already existing between them, and with the intention of regulating through a common understanding the juridical status of the Catholic Church in the Republic of Azerbaijan,

have agreed to the following:

Article 1

The Republic of Azerbaijan, which recognizes religious freedom on the basis of its Constitution, guarantees freedom to profess and to practice in public the Catholic Religion.

The Catholic Church in the Republic of Azerbaijan has the right to organize itself in conformity with the legislation of the Catholic Church and to carry out its mission within the ambit of its religious competence and with due regard for the Legislation of the Republic of Azerbaijan as well as for the provisions of the present Agreement.

Article 2

The Republic of Azerbaijan recognizes and registers the juridical personality of the Catholic Church, as well as of all its institutions

established on the basis of the legislation of the Catholic Church, in conformity with the present Agreement.

Article 3

The Holy See and the Catholic Church in the Republic of Azerbaijan enjoy unimpeded availability of communication and correspondence with each other.

The Holy See and the Republic of Azerbaijan will maintain diplomatic relations at the level of Apostolic Nunciature and Embassy.

Article 4

The Catholic Church has the right to use the means of public mass communication, in accordance with the national legislation of the Republic of Azerbaijan.

Article 5

The Holy See freely chooses an ecclesiastic for the Office of Ordinary, who is the person in charge of the ecclesiastical circumscription.

Before publishing the appointment of such an Ordinary of the ecclesiastical circumscription the Holy See, out of courtesy and confidentially, informs the President of the Republic of Azerbaijan through the Ministry of Foreign Affairs.

Article 6

Upon formal request and under the responsibility of the Ordinary of the ecclesiastical circumscription, a residence permit and a work permit intended for the exercise of pastoral ministry is issued in accordance with the present Agreement.

Article 7

If divergences should arise in the future concerning the interpretation or application of the present Agreement, the Holy See and the Republic of Azerbaijan, through negotiations and consultations, will proceed by common accord to an amicable solution.

Article 8

The present Agreement requires ratification and enters into force on the day of the exchange of the instruments of ratification.

The present Agreement may be terminated by either Party which shall notify the other Party of its decision in writing. The Agreement shall cease to exist six months following the date of the notification.

Done at Baku on 29 April 2011 in English and Azerbaijani languages, both texts being equally authentic.

For the Republic of Azerbaijan

Hidayət Orucov

For the Holy See

✠ *Claudio Gugerotti*

Azərbaycan Respublikası və Müqəddəs Taxt-tac arasında Katolik kilsəsinin Azərbaycan Respublikasında hüquqi statusu haqqında Saziş

Müqəddəs Taxt-tac və Azərbaycan Respublikası artıq aralarında mövcud olan münasibətləri dostluq ruhunda gücləndirmək və inkişaf etdirmək arzusunda olaraq, həmçinin Katolik kilsəsinin Azərbaycan Respublikasında hüquqi statusunu ümumi anlaşma yolu ilə tənzimləmək niyyəti ilə,

aşağıdakılar barədə razılığa gəldilər:

Maddə 1

Azərbaycan Respublikası öz Konstitusiyasına əsasən dini etiqad azadlığını tanıyaraq Katolik dininə aşkar etiqad etmək və ayinləri yerinə yetirmək azadlığına təminat verir.

Azərbaycan Respublikasındakı Katolik kilsəsi, Katolik kilsəsinin qanunlarına uyğun olaraq özünü təşkil etmək və Azərbaycan Respublikasının qanunvericiliyini, habelə bu Sazişin müddəalarını nəzərə alaraq öz dini səlahiyyəti daxilində missiyasını yerinə yetirmək hüququna malikdir.

Maddə 2

Azərbaycan Respublikası Azərbaycan Respublikasındakı Katolik kilsəsinin, habelə Katolik kilsəsinin qanunları əsasında təsis edilmiş bütün təsisatlarının hüquq subyektliyini bu Sazişə müvafiq olaraq tanıyır və qeydiyyata alır.

Maddə 3

Müqəddəs Taxt-tac və Azərbaycan Respublikasındakı Katolik kilsəsi bir-biri ilə maneəsiz əlaqə qurmaq və yazışma aparmaq imkanına malikdirlər.

Müqəddəs Taxt-tac və Azərbaycan Respublikası diplomatik münasibətləri Apostol Nunsiaturası və Səfirlik səviyyəsində saxlayacaqlar.

Maddə 4

Katolik kilsəsi Azərbaycan Respublikasının milli qanunvericiliyinə uyğun olaraq ictimai kütləvi informasiya vasitələrindən istifadə etmək hüququna malikdir.

Maddə 5

Müqəddəs Taxt-tac Ordinari ofisi üçün kilsə dairəsinə məsul olacaq dini şəxsi azad şəkildə seçəcəkdir.

Müqəddəs Taxt-tac kilsə dairəsinin Ordinarisinin təyinatının dərc edilməsindən öncə, nəzakət üçün və məxfi olaraq Azərbaycan Respublikasının Prezidentini Xarici İşlər Nazirliyi vasitəsi ilə məlumatlandıracaqdır.

Maddə 6

Kilsə dairəsinin Ordinarisinin məsuliyyəti altında və onun rəsmi müraciəti əsasında kilsənin xidmət missiyasını həyata keçirmək məqsədi ilə yaşamaq və əmək fəaliyyəti ilə məşğul olmaq üçün icazə bu Sazişə uyğun olaraq verilir.

Maddə 7

Bu Sazişin müddəalarının təfsiri və ya tətbiqi ilə əlaqədar gələcəkdə fikir ayrılıqları yarandıqda, Azərbaycan Respublikası və Müqəddəs Taxt-tac onları danışıqlar və məsləhətləşmələr vasitəsi ilə ümumi razılıq əsasında dostcasına həll edəcəkdir.

Maddə 8

Bu Saziş ratifikasiya olunmalıdır və ratifikasiya sənədlərinin mübadiləsi tarixindən qüvvəyə minəcəkdir.

Tərəflərdən biri digər Tərəfi yazılı şəkildə məlumatlandırmaqla bu Sazişi ləğv edə bilər. Saziş bildirişin tarixindən altı (6) ay sonra qüvvədən düşəcəkdir.

Bu Saziş Baku şəhərində 29 april 2011-ci il tarixində Azərbaycan və ingilis dillərində imzalanmışdır, bütün mətnlər bərabər autentikdir.

Azərbaycan Respublikası adından	Müqəddəs Taxt-tac adından
Hidayət Orucov	✠ *Claudio Gugerotti*

Sollemni Conventione inter Apostolicam Sedem et Azerbaigianiae Rempublicam rata habita, die vi *m. Iulii a.* mmxi, *in Civitate Vaticana ratihabitionis instrumenta accepta et reddita mutuo sunt. Quae quidem Conventio eadem die ipsius mensis Iulii anno* mmxi *vigere coepit ad normam articuli octavi eiusdem Pactionis.*

SECRETARIA STATUS

Statement of the Holy See: episcopal ordination in the diocese of Leshan (province of Sichuan, mainland China)

With regard to the episcopal ordination of the Rev. Paul Lei Shiyin, which took place on Wednesday 29 June last and was conferred without the apostolic mandate, the following is stated:

1) Rev. Lei Shiyin, ordained without the Papal mandate and hence illegitimately, has no authority to govern the diocesan Catholic community, and the Holy See does not recognise him as the Bishop of the Diocese of Leshan. The effects of the sanction which he has incurred through violation of the norm of can. 1382 of the Code of Canon Law remain in place.

The same Rev. Lei Shiyin had been informed, for some time, that he was unacceptable to the Holy See as an episcopal candidate for proven and very grave reasons.

2) The consecrating Bishops have exposed themselves to the grave canonical sanctions laid down by the law of the Church (in particular, canon 1382 of the Code of Canon Law; cf. Declaration of the Pontifical Council for Legislative Texts of 6 June 2011).

3) An episcopal ordination without Papal mandate is directly opposed to the spiritual role of the Supreme Pontiff and damages the unity of the Church. The Leshan ordination was a unilateral act which sows division and unfortunately produces rifts and tensions in the Catholic community in China. The survival and development of the Church can only take place in union with him to whom the Church herself is entrusted in the first place, and not without his consent as, however, occurred in Leshan. If it is desired that the Church in China be Catholic, the Church's doctrine and discipline must be respected.

4) The Leshan episcopal ordination has deeply saddened the Holy Father, who wishes to send to the beloved faithful in China a word of encouragement and hope, inviting them to prayer and unity.

From the Vatican, 4 July 2011.

Dichiarazione della Santa Sede: ordinazione episcopale nella diocesi di Shantou (provincia di Guangdong, Cina continentale)

Riguardo all'ordinazione episcopale del Rev. Giuseppe Huang Bingzhang, avvenuta giovedì 14 luglio corrente, si precisa quanto segue.

1) Il Rev. Giuseppe Huang Bingzhang, ordinato senza mandato pontificio e quindi illegittimamente, è incorso nelle sanzioni previste dal canone 1382 del Codice di Diritto Canonico. Di conseguenza, la Santa Sede non lo riconosce come Vescovo della diocesi di Shantou, ed egli è privo dell'autorità di governare la comunità cattolica diocesana.

Il Rev. Huang Bingzhang era stato informato da tempo che non poteva essere approvato dalla Santa Sede come candidato episcopale, dato che la diocesi di Shantou ha già un Vescovo legittimo; più volte al Rev. Huang era stato richiesto di non accettare l'ordinazione episcopale.

2) Da varie fonti di informazione la Santa Sede era al corrente che alcuni dei Vescovi, contattati dalle Autorità civili, avevano manifestato la propria volontà di non partecipare ad un'ordinazione illegittima, mettendo in atto anche forme di resistenza: nonostante ciò, i Presuli sarebbero stati obbligati a prendervi parte.

In merito alla loro resistenza è bene rilevare che tale atto rimane meritorio davanti a Dio e suscita apprezzamento in tutta la Chiesa. Uguale apprezzamento va anche a quei sacerdoti, a quelle persone consacrate e a quei fedeli che hanno difeso i propri pastori, accompagnandoli in questo difficile momento con la preghiera e condividendone l'intima sofferenza.

3) La Santa Sede riafferma il diritto dei cattolici cinesi di poter agire liberamente, seguendo la propria coscienza e rimanendo fedeli al Successore di Pietro e in comunione con la Chiesa universale.

Il Santo Padre, avendo appreso questi avvenimenti, ancora una volta si rammarica di come viene trattata la Chiesa in Cina e auspica che si possano superare al più presto le presenti difficoltà.

Dal Vaticano, 16 luglio 2011.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

COMEN. seu MEDIOLANEN.

Canonizationis Beati Aloisii Guanella, Sacerdotis Fundatoris Congregationis Servorum a Caritate et Instituti Filiarum a Sancta Maria Providentiae (1842-1915)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Aloisius Guanella in loco *Fraciscio*, ex parte municipii vulgo *Campodolcino* dioecesis Comensis, die 19 mensis Decembris anno 1842, ortus est. Adulescens in dioecesanum Seminarium est ingressus et, expleto itinere institutionis, die 26 mensis Maii anno 1866 ordinem presbyteralem accepit. In ingenti pastorali ministerio fervore eminuit et apostolica caritate. Parochus nominatus in *Pianello Lario*, sumpsit et extulit experientiam coetus puellarum ad pauperes iuvandos consociatarum: quae primum constituent nucleum Instituti Filiarum a Sancta Maria Providentiae.

Praeter hanc Congregationem femininam, beatus Guanella coetum etiam sacerdotum congregavit quos "Servos a Caritate" appellavit. Romae ecclesiam construxit, cui adnecti voluit Piam Unionem Transitus Sancti Ioseph, cuius sanctus Pius X primus sodalis voluit esse inscriptus. Septuaginta annos natus navi evectus ad Foederatas Civitates Americae Septentrionalis appulit ut auxilium migrantibus afferret; ac deinde ipsemet illis auxilium praestitit qui Aprutii motu terrae sunt concussi. Ob senectutem, ob ingressum Italiae in primum bellum mundiale, ob laborem aliquot confratrum in fronte aciei, infirma corruit valetudo Beati, qui die 27 mensis Septembris anno 1915 paralysi est correptus ac die 24 sequentis mensis Octobris pie in Domino obdormivit. Summus Pontifex Paulus VI anno 1964 in Beatorum numerum eum rettulit.

Canonizationis intuitu, Postulatio Causae examini huius Congregationis de Causis Sanctorum coniectam praebuit miram Villelmi Glisson sanationem, quae in urbe *Springfield*, intra fines Archidioecesis Philadelphiensis, evenit. Horis postmeridianis diei 15 mensis Martii anno 2002, iuvenis Villelmus, viginti et unum annos natus, dum cum amico velociter soleis ferratis sine casside prolaberetur, causa foraminis in asphalto cecidit vulnus sibi inferens gravissimum ad cranium occipitale. Statim curationem accepit; medici arcerae adhuc conscium invenerunt eum, qui in valetudinarium altiore technica instructum translatus est, quo in veternoso statu pervenit. Mater in valetudinarium cucurrit, ubi medici certiorem fecerunt eam de gravitate condicionum filii atque de exigua spe vitae ob gravissimum vulnus cranicum eiusque consectaria.

Quattuor transactis diebus, amica familiae quae opus exercebat apud quoddam institutum rehabilitationis, cura *Operae don Guanella* administratum in pago *Springfield*, matri duas particulas reliquiarum beati Aloisii tradidit. Domina firma fide unam admovit ad pulsum filii, dum aliam ad suum tenuit collum atque ardenter orare coepit ut miraculum, Beato intercedente, patraretur. Preces non solum inter parentes diffusae erant, sed etiam in schola catholica quam soror infirmi frequentabat; interea chirurgi frustra duas conati sunt agere operationes. Attamen die 25 mensis Martii quiddam mutatum est; medici enim primum apud infirmum signa sanationis detexerunt, quae sequentibus diebus confirmata sunt. Die 9 mensis Aprilis Villelmus ex valetudinario dimissus est cum praescriptione agendi rehabilitationem functionalem neuromotoriam, cuius gratia, intra duos ab eventu menses, ita celerem obtinuit recuperationem ut cognitivum et neuropsychicum nullum exhiberet defectum et inter neurochirurgos stuporem provocaret. Octo post mensibus iuvenis opus exercere perrexit, carpentarii videlicet in officina patris in qua, priusquam infortunium subiret, iam operam praestabat.

Evidens est quod inde a tempore quo preces iniri sunt coeptae, beato Guanella intercedente, valetudinis infirmi condicio mirum ac faventem in modum convaluit.

De hoc casu, miro considerato, a die 16 mensis Septembris anno 2005 ad diem 18 mensis Decembris anno 2006 apud Curiam Philadelphiensem Inquisitio dioecesana est instructa, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum diei 20 mensis Aprilis anno 2007 approbata est. Consilium Medicorum Dicasterii in sessionibus die 28 mensis

Maii anno 2009 et die 12 sequentis mensis Novembris recognovit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 30 mensis Ianuarii anno 2010 Congressus habitus est Peculiaris Consultorum Theologorum. Die 20 mensis Aprilis anno 2010 Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum acta est, Causae Ponente Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo emerito Veliterno-Signino.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Archiepiscopum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem beati Aloisii Guanella, Sacerdotis Fundatoris Congregationis Servorum a Caritate et Instituti Filiarum a Sancta Maria Providentiae, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione domini Villelmi Glisson a "grave trauma cranico con ipertensione endocranica, coma prolungato e profondo, con ematomi epidurali e subdurali frontali e parietali bilaterali con prevalenza sinistra, emorragia subaracnoidea e intraverticale con idrocefalo post-emorragico, frattura della base cranica estesa in sede occipitale destra, con insufficienza respiratoria ed epilessia post-traumatica".*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2010.

✠ Angelus Amato, S.D.B.
Archiep. tit. Silensis, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Michaël Di Ruberto
Archiep. tit. Biccarensis, *a Secretis*

PUTEOLANA

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Iustini Mariae Russolillo, Sacerdotis dioecesani Fundatoris Societatis Divinarum Vocationum (1891-1955)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Iustinus Maria Russolillo die 18 mensis Ianuarii anno 1891 Neapoli natus est in loco vulgo Pianura, dioecesis Puteolanae. Familiaris aura penitus christiana insigniter contulit in educationem et culturalem formationem Iustini, qui propediem apud aequales ingenio non communi, peculiari proclivitate ad studium, docili animo ac pietate vere singulari eminuit. Cum inde ab infantia ad sacerdotium vocari adverteret, studia peregit humanistica et theologica, ac die 20 mensis Septembris anno 1913 sacro presbyteratus ordine auctus est. Ob suum pastoralem fervorem in opus catecheticum et promotionem vocationalem maximopere incubuit. Die 18 mensis Octobris anno 1920, quibusdam superatis difficultatibus, Servus Dei fundamenta iecit "Societatis Divinarum Vocationum", quae in ramum masculinum, in ramum femininum necnon in institutum saeculare successive est distributa. Propter opera sua vocationalia ac praesertim propter apostolicam missionem intentam ad rehabilitandos sacerdotes, incomprehensiones et iniurias pati debuit. Sua in terra natali animam exhalavit die 2 mensis Augusti anno 1955. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 18 mensis Decembris anno 1997 virtutes eius heroicum in gradum exercitas approbavit.

Ad eius quod attinet beatificationem, Postulatio Causae huic Congregationi de Causis Sanctorum assertam miram porrexit sanationem mulieris nubilis Caietaninae Meloro, patratam anno 1998 Patersonia in urbe, Novae Caesareae in USA. Historia clinica infirmae, aetatis 59 annos agentis, incipit die 12 mensis Ianuarii anno 1998, nempe cum, amissiones haematicas ex externis genitalibus subiens, examini medico subiecta est. Medicus gynaecologus detexit quandam vaginalem voluminosam tumefactionem ex dimensione mali citrei. Post biopticam detractionem, sub lumine examinis histologici et examinis clinici, infausta edita est diagnosis "carcinomatis", quod aliquot post dies ob laesionem squamosam intraepithelialem aggravatum est. Aegrota quibusdam submissa est chimiotherapicis et radiotherapicis curis, prius externis, deinde internis.

De hoc nuntio prorsus acerbo certior facta, aegrota primo instanti comprehensibili affecta est perturbatione; sed statim postea animo se refecit et consilium cepit sanationem exspectandi, intercessioni se relinquens Venerabilis Servi Dei Iustini Russolillo. Eundem Servum Dei invocaverunt frater, consobrina, pueri scholae maternae, sorores vocationistae, patres vocationistae variique fideles paroeciae ad quam aegrota pertinebat. Cyclo therapeutico nondum expleto ac funestis effectibus pathologicis persistentibus, quibus describebatur incrementum morbi omnimode infaustum, status clinicus patientis plenam gravissimae ac iam provectae formae neoplasiae repentine ostendit solutionem, quae celeriter et absolute evenit. Evidens apparuit congruentia chronologica, confirmata ab expertis ab inspectione, ac nexus inter invocationem ad Servum Dei et sanationem aegrotae Meloro, quae deinceps bona usa est valetudine et suetam relationis vitam gerere potuit.

De hoc eventu, qui mirus est habitus, instructa est Inquisitio Dioecesana apud Curiam Patersonensem, Novae Caesareae in USA, a die 14 mensis Novembris anno 2004 ad diem 31 mensis Octobris anno 2005, cuius iuridicam auctoritatem approbavit haec Congregatio Decretum edens die 9 mensis Martii anno 2007. Medicum Dicasterii Consilium, in Sessione diei 18 mensis Iunii anno 2009, agnovit sanationem ex scientia medica inexplicabilem fuisse. Die 12 mensis Decembris anno 2009 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, qui favorabilem tulerunt sententiam, quae confirmata est die 1 mensis Iunii anno 2010 a Patribus Cardinalibus et Episcopis in Sessione Ordinaria congregatis, Ponente Causae Exc.mo D.no Lino Fumagalli, Episcopo Sabinensi-Mandelensi.

Et in utroque Coetu sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Archiepiscopum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servi Dei Iustini Mariae Russolillo, sacerdotis dioecesani et parochi, Fundatoris Societatis Divinarum Vocationum, videlicet de celerrima, perfecta et constanti sanatione nubilis Caietaninae Meloro a "carcinoma squamoso primitivo della vagina in stadio avanzato (3b FIGO)".*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2010.

✠ Angelus Amato, S.D.B.
Archiep. tit. Silensis, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Michaël Di Ruberto
Archiep. tit. Biccarensis, *a Secretis*

CERRETANA – THELESINA – S. AGATHAE GOTHORUM

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Seraphinae a Sacro Corde (in saec.: Clothildis Micheli), Fundatricis Instituti Sororum ab Angelis (1849-1911)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Seraphina a Sacro Corde (in saec.: Clothildis Micheli) nata est in oppido Imèr, provinciae Tridentinae, periodo propria Imperii "Habsburgici", die 11 mensis Septembris anno 1849, secunda ex filiis parentum Dominici et Annae Mariae Dominicae Orsingher. Sequenti die baptismali aqua est abluta. Duobus post annis sacro chrismate confirmata est. Usque ad duodeviginti aetatis annos vitam gessit apud suos in ambitu christianae fidei graviter exercitae: verbo et exemplo parentes formaverunt eam ad Dei proximique amorem. Annis infantiae ludum primarium efficienter frequentavit, ac decem annos nata accessit ad sacrum Convivium. Duodeviginti annos agens aetatis ferventer occurrit cum Deo, qui vitam eius subvertit: dum enim devote oraret apud templum curatiale suae terrae natalis, Beatissima Virgo ostendit illi Dei voluntatem ut fundamenta iaceret novi Instituti quod appellabitur Sororum ab Angelis, eo quod sibi proposuit Angelos in adoratione Sanctissimae Trinitatis imitari et proximo inservire. Sequentibus annis in animo Clothildis indelebiliter exortum est propositum severam et strenuam ascesim gerendi ac primatum tribuendi voluntati Dei,

uti constanter "praesentis", qui interpellat et urget eam. Die 28 mensis Iunii anno 1891, in loco Briano, provinciae Casertanae, haud sine intensa afflictatione et diuturna peregrinatione, Serva Dei condidit Institutum Sororum ab Angelis et nomen sibi assumpsit Sororis Mariae Seraphinae a Sacro Corde. Viginti sequentibus annis Venerabilis Serva Dei quindecim circiter domos in universa Italia instituit. Die 24 mensis Martii anno 1911 Mater Seraphina in loco Faicchio, provinciae Beneventanae, apud Primariam Domum Sororum ab Angelis animam exhalavit.

Summus Pontifex Benedictus XVI die 3 mensis Iulii anno 2009 subsignavit Decretum quo approbatae sunt virtutes heroico in gradu ab ipsa exercitae.

Beatificationi prospiciens, Postulatio Causae submisit iudicio Congregationis de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem Sororis Michaelinae Acocella, sodalis ex Sororibus ab Angelis, mense Novembri anno 1999 patratam. Soror haec anno 1980 subire debuit interventum chirurgicum gastroresectionis cum gastroieiunostomia. Periodo post interventum aegrota percipere coepit quendam languorem hypotensionis, sudationis, astheniae assumptione cibi ac praesertim liquidis dulcoratis aggravatae. Haec lassitudinis condicio impedivit ei quominus consuetas activitates exsequi posset, ac saepe coartavit eam ad simplicia quoque officia cotidiana exsequenda. Examen radiologicum apparatus digerentis in lucem protulit exitus praecedentis interventus "cum stomacho resecto ad III medium cum evacuatione quae evenit tempore inferiore quatenus ad normam". A mense Ianuario anni 1982 ad diem 17 mensis Novembris anno 1999 Soror Michaelina subiecta est examinibus et curationi a variis medicis, qui edixerunt agi de syndrome a Dumping in gastro-resecata. Infirma prae omnium oculis emacrescere coepit et valetudinis condiciones apparuerunt admodum instabiles, ita ut, assentientibus quoque clinicis, ad interventum chirurgicum procedere statueretur.

Sub vesperum diei 17 mensis Novembris anno 1999, Soror Michaelina, contuens informationem televisificam circa Beatam Mariam Virginem a Columna, devote inspirata ac firmiter exaudiri persuasa, Fundatricem Sororem Mariam Seraphinam a Sacro Corde invocavit dicens: "O Mater Seraphina, fac ut stomachus meus reficiatur". Sequenti die aegrota exspergefacta quendam prosperum valetudinis statum advertit, ita ut illico usitatam nutritionem assumere posset, et amplius nullam exhiberet restrictionem in exsequendis consuetis activitatibus vitae religiosae, et etiam magisterio; et in praesens bona utitur valetudine.

Evidens exstat congruentia chronologica ac nexus inter invocationem ad Venerabilem Servam Dei et sanationem Sororis infirmae.

De hac sanatione, quae mira est habita, inde a die 9 mensis Decembris anni 2003 ad diem 26 mensis Februarii anni 2005 apud Curiam Archidioecesanam Neapolitanam instructa est Inquisitio Dioecesana *super miro*, cuius validitatem iuridicam approbavit Congregatio de Causis Sanctorum, decretum vulgans die 20 mensis Maii anno 2005. Deinde Consilium Medicum Dicasterii eventum examinavit in sessione habita die 3 mensis Decembris anno 2009, in qua experti viri edixerunt sanationem sub lumine actualis scientiae medicae inexplicabilem fuisse. Die 26 mensis Martii anno 2010 positivo cum exitu actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, et die 8 sequentis mensis Iunii Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria congregati, Ponente Causae Exc.mo D.no Marcello Semeraro, Episcopo Albanensi, huiusmodi sententiam confirmaverunt.

Et in utroque Coetu collegiali, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo, per intercessionem Venerabilis Servae Dei Mariae Seraphinae a Sacro Corde, divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Archiepiscopum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Mariae Seraphinae a Sacro Corde, Fundatricis Instituti Sororum ab Angelis, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione Sororis Michaelinae Acocella a "sindrome di Dumping in paziente gastroresecata per malattia ulcerosa"*.

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2010.

✠ Angelus Amato, S.D.B.
Archiep. tit. Silensis, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Michaël Di Ruberto
Archiep. tit. Biccarensis, *a Secretis*

VERCELLEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Alfonsae Clerici, Sororis Professae Congregationis Sororum a Pretiosissimo Sanguine Modoëtiae (1860-1930)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Alfonsa Clerici die 14 mensis Februarii anno 1860 in loco v.d. *Lainate*, provinciae Mediolanensis, e familia solida fide christiana praedita orta est. Anno 1875 Alfonsa Collegio Sororum a Pretiosissimo Sanguine Modoëtiae nomen dedit ut magistrale diploma consequeretur. Annis formationis scholasticae suo in corde desiderium perfecit se totam Domino consecrandi. Die 15 mensis Augusti anno 1883, revera, expletis curriculis, iuvenis in novitiatum huius Congregationis est accepta, quae aliquot ante annis a Serva Dei Maria Mathilde Bucchi condita erat. Religiosis votis nuncupatis, sorori Alfonsae munus magistrae est concreditum, deinde moderatricis Collegii. Postea, eximiis perpensis dotibus, munus etiam Consiliariae capitularis adimplevit ut difficultates oeconomicas solveret quae, primis vicesimi saeculi annis, in discrimen committebant totum Institutum. Hortante Archiepiscopo Vercellensi, Congregatio procurationem assumpsit Instituti Dioecesani Providentiae, cuius erat infantes et puellas colligere eorumque educationem curare quae ad inopes urbis sociales ordines pertinebant. Hac in nova difficili condicione, Alfonsa munus moderatricis per duodeviginti fere annos exercuit: ob hoc caritatis ministerium a multis amabatur ac simul ob pietatem aestimabatur et apostolicum zelum. Serva Dei improviso Vercellis die 14 mensis Ianuarii anno 1930 in Domino obdormivit. Die 22 mensis Iunii anno 2004 Ven. Servus Dei Ioannes Paulus II Decretum promulgavit quo agnovit eam heroicum in modum virtutes exercuisse.

Beatificationis intuitu, Postulatio Causae examini huius Congregationis de Causis Sanctorum coniectam praebuit miram sanationem, quae noctu diei 22 mensis Februarii anno 2003 Pisis evenit. Agitur de perfecta sanatione domini Nedi Frosini a gravi intermissione motus cordis et respirationis, quam comitatum erat vel praecesserat oedema pulmonum, quod fortem penuriam oxygenii ei in cerebrum intulit. Deinde aliae etiam cordis fibrillationes ventriculares cum cordis defectione evenerunt. Etiamsi lungam apud aptas valetudinarii structuras accepit redanimationem, patiens ad statum pervenit inconscientiae et veterni haud reversibilis.

Attenta valetudinis gravitate, uxor infirmi, domina Carola Demi, anxietate affecta ob condiciones mariti, in manibus tenens parvam imaginem Venerabilis Servae Dei Alfonsae, per eiusdem intercessionem noctu diei 22 Februarii eam invocavit et petivit donum sanationis viri Nedi. Sequenti mane medici, qui, post protractos redanimationis conatus, valde sollicitos se praebebant de exitu sub aspectu neurologico, patientem invenerunt lucidum, capacem loquendi, immo, iocandi, ita ut neurologica vel psychica damna minime exhiberet: dominus Nedus Frosini in condicione et in adiunctis extraordinariis bonam obtinuit valetudinem.

Eiusmodi sanatio, quae mira est habita, apud Archidioecesim Mediolanensem, a die 16 mensis Februarii ad diem 24 mensis Iunii anno 2004, Inquisitioni dioecesanae subiecta est. Cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum die 5 mensis Novembris anno 2004 est approbata. Diversa acta in Inquisitione collecta aestimationi et examini Coetus Medicorum Dicasterii die 27 mensis Novembris anno 2008 sunt tradita, qui gravitatem prognosis sanati declaraverunt, in luce ponentes modum quo expergefactus est dominus Nedus Frosini a statu inconscientiae, immo sine residuis neurologicis, secundum medicam huius aetatis artem inexplicabilem habendum esse. Rei iam finem imponentes, edixerunt restitutionem functionum neurologicarum viri sanati celerem, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 22 mensis Aprilis anno 2009 Congressus habitus est Peculiaris Consultorum Theologorum, cuius positivus exitus die 13 mensis Aprilis anno 2010 confirmatus est a Patribus Cardinalibus et Episcopis in Sessione Ordinaria, Causae Ponente Excellentissimo Domino Francisco Croci, Episcopo titulo Potentino in Piceno.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Archiepiscopum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Alfonsae Clerici, Sororis Professae Congregationis Sororum a Pretiosissimo Sanguine Modoëtiae, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione domini Nedi Frosini ab "arresto cardiocircolatorio protratto con ipossia ed anossia cerebrale".*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2010.

✠ Angelus Amato, S.D.B.
Archiep. tit. Silensis, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Michaël Di Ruberto
Archiep. tit. Biccarensis, *a Secretis*

NEPESINA

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Caeciliae Eusepi, e Tertio Ordine Saeculari Servorum Mariae (1910-1928)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Caecilia Eusepi in loco v.d. Monte Romano, Viterbiensi in provincia, die 17 mensis Februarii anno 1910 nata est. Aliquot post ortum dies, pater morti iam proximus eam cognato concredidit. Quibusdam tamen post annis mater in vicum Nepe se contulit, in vilicationem *La Massa* Ducum Lante Della Rovere, quae a fratre administrabatur. Ob longum interiectum spatium ab illo vico, puella curis est concredita Monialium Cisterciensium, quae prope suum monasterium ibidem gerebant scholam primariam. Mense Februario anno 1922 stomachi acuta inflammatio et epistaxis Caeciliam coëgerunt ut ad vilicationem *La Massa* primum rediret. Interea in Tertium Ordinem Saecularem Servorum Mariae se adscripsit atque, die 17 mensis Septembris anno 1922, vota tertiariae emisit. Eodem tempore ad Actionem Catholicam adhaesit, congressiones et huiusmodi navitates participans. In monasterium iterum ingressa est ut curricula frequentaret, unum illic permanens annum; deinde monasterium definitive reliquit ut in valetudinarium Civitatis Castellanae exciperetur. Interim ardenti inflammabatur desiderio Congregationem ingrediendi Sororum Mantellatarum Servarum Mariae Pistorii. Quod die 16 mensis Novembris anno 1923 evenit; sed, post

tribus circiter annis ab ingressu in religionem, Serva Dei graviter tuberculosi alvi affecta est, quamobrem in vicum Nepe apud suos parentes redire coacta est. Etiamsi summo dolore ob hanc decisionem afficeretur, numquam animo se demisit atque postrema vitae suae tempora vitam gessit ingenti serenitate, in orationem prorsus demersa et tota Domino dedita. In vico Nepi die 1 mensis Octobris anno 1928 pie in Domino obdormivit. Anno 1987 Ioannes Paulus II agnovit eam virtutes heroico in modo exercuisse.

Beatificationis intuitu, Postulatio Causae examini huius Congregationis de Causis Sanctorum coniectum praebuit mirum eventum, intercessioni Servae Dei ascriptum. Huiusmodi eventus in Monte Romano successit, in loco v.d. *Buffolareccia* Universitatis Agrariae, die 4 mensis Augusti anno 1959. Iuvenis Thomas Ricci, intervallo fruens in opere, humi se recumbere decrevit ad quiescendum et pauxillum dormiendum; improvise magna autoraeda afflictatus est; ingens quaedam rota, quae sustinebat pondus circiter milia chiliogrammatum, gravavit in columnam vertebralem. Ductor autoraedae, qui nepos erat Servae Dei, statim ut casum animadvertit, ex bulga nummaria parvam Caeciliae imaginem extraxit eius desperanter intercessionem invocans. Thomas Ricci, qui auxilium a quodam teste oculari accepit, primum in ambulatorium medicum est translatus ac postea statim in valetudinarium Tarquiniense. E primis examinibus nulla res suspiciens est exorta in statu patientis. Constanti subiectus observationi, die 10 mensis Augusti Thomas Ricci e valetudinario est dimissus. Conscius se miraculose periculo liberatum, simul cum multis suis concivibus, die 27 mensis Septembris anno 1959, Nepe se contulit atque prope sepulcrum Caeciliae Eusepi apud Deum pro se intercedenti gratias egit.

De hoc eventu, qui mirus est habitus, a die 17 mensis Novembris anno 1993 ad diem 15 mensis Februarii anno 1995 apud Curiam Centumcellarum-Tarquiniensem prima Inquisitio dioecesana est instructa; a die 15 mensis Ianuarii ad diem 18 mensis Aprilis anno 2003 secunda Inquisitio dioecesana apud eandem Curiam est acta; tandem Inquisitio additicia Romana die 22 mensis Aprilis anno 2009 est ab ipsa Congregatione adimpleta. Quarum iuridica validitas ab hoc Dicasterio de Causis Sanctorum per Decretum diei 10 mensis Martii anno 2006 est approbata. Acta collecta ex primis duabus Inquisitionibus examini et opinioni data sunt Consilii Medici-Technici huius Dicasterii die 7 mensis Februarii anno 2008. Deinde, die 1 mensis Octobris anno 2009, Consilium Medicum-Technicum exitum ex Inquisitione additicia Romana erutum examinavit et unanimiter declaravit eventum vitati periculi

vitae domini Thomae Ricci ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse; ille enim, quamvis pondere circa milia chiliogrammatum oppressus est, nullam subiit membrorum laesionem. Die 12 mensis Decembris anno 2009 Congressus habitus est Peculiaris Consultorum Theologorum, cuius positivus exitus die 4 mensis Maii anno 2010 confirmatus est a Patribus Cardinalibus et Episcopis in Sessione Ordinaria, praehabita relatione Causae Ponentis Excellentissimi Domini Ioannis Pauli Benotto, Archiepiscopi Pisani.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per Excellentissimum Dominum Angelum Amato, Praefectum Congregationis de Causis Sanctorum, accurata relatione, Sanctitas Sua haec vota excipiens rataque habens, declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Caeciliae Eusepi, e Tertio Ordine Servorum Mariae, videlicet de vitato periculo vitae Domini Thomae Ricci "da sormontamento del corpo (tronco) da ruota di autocarro".*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2010.

✠ ANGELUS AMATO, S.D.B.
Archiep. tit. Silensis, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ MICHAËL DI RUBERTO
Archiep. tit. Biccarensis, *a Secretis*

SATMARIEN.

Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servi Dei Ioannis Scheffler, Episcopi Satmariensis († 6 Decembris 1952)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri neque me vinctum eius, sed collabora evangelio secundum virtutem Dei » (*2 Tim* 1, 8).

Verba haec, quae Paulus Apostolus ad Timotheum discipulum e vinculis misit, casum Ioannis Scheffler, Dei Servi, perspicua vi complectuntur. Hic enim germanissimus Christianae fidei testis fuit, quippe quam ipse usque ad mortem constantissime defendisset ac diffudisset.

Hic Dei Famulus die 29 mensis Octobris anno 1887, in pago, quem vulgo *Kálmánd* appellant, in Hungaria, pauperibus colonis parentibus natus est. Qui, cum inde a puero impigrum atque acre ingenium praebuisset, brevi multorum existimationem collegerat, et vero curionis, qui quidem operam dedit ut Ioannes, institutione puerili ad finem adducta, in Catholicum Regium Lyceum Maius Satmariense admitteretur. Reliquis deinceps annis puer, dum in schola formabatur, ut in sacris muneribus totus Domino deserviret, consilium in animo agitavit: quapropter, diplomate maturitatis cum laude potitus, institutionem, tam rerum divinarum quam litterarum ac doctrinae, in Dioecesano seminario prosecutus est, dieque 6 mensis Iulii anno 1910, obtenta necessaria venia *ab aetatis defectu*, ad sacrum presbyteratus ordinem ascendit.

Hinc iuvenis sacerdos, ad breve tempus adiutoris munere functus, ut in sacris legibus exerceretur, in Urbem missus est. Inde domum reversus, nonnullis, tum in Curia tum in paroeciis, susceptis officiis, in Athenaeo Budapestinensi theologiae doctoris dignitatem et nomen assecutus est. Eodem tempore Superiores, quippe cui summam omnium rerum fidem haberent, gravia ei munera, tam academica quam pastoralia, detulerunt, quae omnia ipse mira peritia, firmissima pietate, maxima denique humilitate explevit. Talis vir, cum plurimi haberetur, quia summam in munere pastoris exercendo gravitatem ac diligentiam multifariam adhiberet, die 17 mensis Maii anno 1942, consecratus est Episcopus Satmariensis, idemque Ecclesiae Magnovaradinensi Latinorum Administrator Apostolicus datus; quibus Ecclesiis

curandis cum statim, renovato studio, se dederet, hic prudens, severus, indulgens, hic patria potissimum caritate benignus, exstitit pastor.

Interea in eius civitate, populorum fere omnium conflictu atque calamitate, haud secus ac multis aliis nationibus acciderat, defuncta, communistarum dominatio incipiebat, quae mox gravi Ecclesiam insectatione petere coepit. Civitatis enim rectores domesticam, quae publico imperio pareret, eamque ab Romana omnino dissentientem Ecclesiam instituere contenderunt; quod quidem consilium ut ad effectum perduceretur, Pactum, una tantum ex parte, sublatum est, cunctisque Ordinibus religiosis dimissis, quae iisdem fuerant bona in publicum addicta sunt.

Cum igitur in eiusmodi odiis versaretur, tamen Ioannes episcopus omni tempore resistentem se praebuit. Nam in tali discrimine numquam ipse postulationi regiminis concessit, quin e contrario suum pastoris munus maxima cum fide exercere non desierit, neglectis consiliis compluribus, persequendi vel coarctandi causa a magistratibus iniunctis; nec umquam nisi cum suo ministerio cohaerentibus negotiis implicatus est.

Sane ob eiusmodi studium ac pertinaciam factum est anno 1950 ut Servus Dei custodia domestica multaretur, qui deinceps in carcerem Bucarestiensem, postremo vero in timenda vincula, sub terra posita, apud locum, quem vulgo *Jilava* appellant, deductus et inclusus est. Ibi Ioannes gravius interrogari, crebrius vexari, in inhumanos denique cruciatus dari. Attamen, rebus tam infensis, miram ipse patientiam ostendit cruciatus et maerores omnes, ex atrocibus persecutionibus ortos, accipiendi, omni tempore tranquillus et subridens, assidua precatione refectus, qui vel talibus aerumnis numquam non ceteris, qui secum essent in custodia, pium praeberet solacium.

At inhumana prorsus captivitate, in varia egestate, perfunctus, multisque modis vexatus, tandem Ioannes piissime, summoque divinae voluntatis obsequio, requievit die 6 mensis Decembris anno 1952.

Ideo pro fama martyrii, qua confestim hic Famulus Dei floruit, in Curia Satmariensi, a mense Decembri anno 1991 ad mensem Iulium anno 1996, Inquisitio Dioecesana est instructa; cuius vim haec Congregatio de Causis Sanctorum ratam habuit per Decretum die 13 mensis Martii anno 1998 latum. *Positione* confecta, more tralaticio disceptatum est num Dei Famulus Martyr occubuerit. Die autem 17 mensis Octobris anno 2009, habitus est, favorabili quidem cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Denique Purpuratorum Patrum et Antistitum

Sessio Ordinaria, quae die 20 mensis Aprilis hoc anno 2010 gesta est, audita relatione Exc.mi D.ni Marcelli Semeraro, Episcopi Albanensis, Causae Ponentis, declaravit hunc Dei Servum *in odium fidei* martyrium tulisse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Archiepiscopo Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Benedictus XVI, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Ioannis Scheffler, Episcopi Satmariensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Mandavit autem Beatissimus Pater ut praesens decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2010.

✠ Angelus Amato, S.D.B.
Archiep. tit. Silensis, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Michaël Di Ruberto
Archiep. tit. Biccarensis, *a Secretis*

SEGUNTINA seu CLUNIENIENSIS

Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servorum Dei Iosephi Mariae Ruiz Cano, Iesu Hannibalis Gómez Gómez, Thomae Cordero Cordero et XIII Sociorum, e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis († 1936)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«*Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est*» (*Mt* 10, 32).

Haec Domini Iesu Christi verba vitam et mortem Servorum Dei Iosephi Mariae Ruiz Cano, Iesu Hannibalis Gómez Gómez, Thomae Cordero Cordero et sociorum collustrant, qui effundentes suum sanguinem suam fidem erga Christum testificati sunt, quique impraesentiarum emicant in Ecclesia martyrum diademate coronati.

Mente profecto capere debemus tamquam praeclaram Deo habitam propriam fidem horum Servorum Dei occisiones quorum occasio in bello civili Hispanico fuit ex anno 1936 ad annum 1939, quo tempore cruenta persecutio catholicae religioni, Dei Ecclesiae, eius institutionibus eiusque membris, episcopis, sacerdotibus et religiosis praecipue incidit. Tunc multi eo ipso quod ecclesiastici erant, comprehensi et interfecti sunt. Si minis cessissent vel illecebris et defecissent a fide, poterant vitam servare, sed ii, divino auxilio confirmati, maluerunt sanguinem fundere amore Christi sicque incorruptam consequi martyrii coronam. Huius praeclari agminis participes sunt sedecim religiosi, sodales Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis, conditae a Sancto Antonio Maria Claret. Eorum comprehensionis et occisionis adiuncta nota sunt. Erant in hoc agmine 1 sacerdos, 14 theologiae alumni et 1 frater cooperator, qui alio et loco et die martyrium passi sunt.

Prima victima mortem occubuit Seguntiae in provincia quae Guadalajara dicitur die 27 mensis Iulii anni 1936.

1. P. Iosephus Maria Ruiz Cano, in oppido *Fernán de los Caballeros* (Badajoz) ortus die 3 mensis Septembris anno 1906; qui professionem religiosam emisit die 15 mensis Augusti anno 1924, sacerdos est ordinatus die 29 mensis Iunii anno 1932 quique cum est deprehensus erat instructor cui commissum erat Seguntinum Seminarium Claretianum. Potuit se in fugam

coniicere salvusque fieri, sed animo comprehendit sui muneris esse turmam comitari iuvenum qui suae curae et sollicitudini commissi erant. Vi captus est et morte multatus quia sacerdos erat.

Turma quattuordecim theologiae alumnorum vitam suam Domino reddidit in statione Cluniacensi quae *Fernancaballero* dicitur. Plumbo necati sunt die 28 mensis Iulii anni 1936.

1. Iesus Hannibal Gómez Gómez: Natus erat in Columbia, in regione Antiochiae occidentalis quae *Tarso* dicitur die 13 mensis Iunii anni 1914; professionen religiosam perfecit die 16 mensis Iulii anni 1930.

2. Thomas Cordero Cordero: Natus erat in Provincia Legionensi, in urbe quae *Robledino de la Valduerna* dicitur, die 18 mensis Iunii anni 1910 et ut religiosus professus est die 15 mensis Augusti anni 1929.

3. Abelardus García Palacios: Burgensis, natus est in urbe quae *Yudego-Villandiego* appellatur, die 15 mensis Octobris anni 1913. Primam professionem ut religiosus emisit die tertia mensis Ianuarii anni 1936.

4. Angelus López Martínez: Natus erat die 2 mensis Octobris anni 1912 in urbe Burgensi cui nomen *Mundilla de Valdelucio* est. Primam professionem ut religiosus emisit die 15 mensis Augusti anni 1929.

5. Angelus Pérez Murillo: Natus est apud Montánchez, in provincia quae *Cáceres* nominatur die 6 mensis Iunii anni 1915. Primam ut religiosus professionem emisit die 24 mensis Octobris anni 1932.

6. Antonius Lasa Vidaurreta: Natus est in Navarro oppido *Loizu* prope Pampelonem die 28 mensis Iunii anni 1913. Primam religiosorum professionem emisit die 15 mensis Augusti anni 1929.

7. Antonius Orrego Fuentes: Natus est in urbe *Oliva de la Frontera*, quae ad provinciam Pax Augusta dictam pertinet, die 15 mensis Ianuarii anni 1915. Primam professionem emisit die 15 mensis Septembris anni 1931.

8. Candidus Catalán Lasala: Natus est in urbe *Corella* provinciae quae dicitur *Navarra* die 16 mensis Februarii anni 1916. Primam ut religiosus professionem effecit die 24 mensis Octobris anni 1932.

9. Claudius López Martínez: Natus est apud *Mundilla de Valdelucio*, in Burgorum provincia die 18 mensis Decembris anno 1910 et vota primo ut religiosus nuncupavit die 15 mensis Augusti anni 1929.

10. Gabriel Barriopedro Tejedor: Natus est die 18 mensis Martii anno 1915 in urbe *Barahona* in provincia quae *Soria* dicitur et vota primo ut religiosus nuncupavit die 29 mensis Iunii anni 1933.

11. Melecius Pardo Llorente: Natus est in urbe *Bustillo de Chaves* in Vallisoletana provincia die 3 mensis Augusti anni 1913. Professus est ut religiosus die 15 mensis Septembris anni 1931.

12. Ottilius del Amo Palomino: Natus est in urbe *Bustillo de Chaves* in Vallisoletana provincia die 2 mensis Aprilis anni 1913. Professus est primo ut religiosus die 24 mensis Octobris anni 1932.

13. Primitivus Berrocoso Maillo: Natus est die 19 mensis Februarii anni 1913 in urbe *Jerte* in provincia dicta *Cáceres*. Primam ut religiosus professionem effecit die 15 mensis Augusti anni 1930.

14. Vincentius Robles Gómez: Natus est die 25 mensis Aprilis anni 1914 in urbe *Villanueva del Conde*, in Salmantina provincia, et professus est ut religiosus die 15 mensis Septembris anni 1931.

Die 2 mensis Octobris, item in *Fernancaballero* plumbis occubuit ad ianuam coemeterii frater cooperator:

1. Philippus González de Heredia: Natus erat die 24 mensis Maii anno 1889 in urbe San Asensio, in Lucronensi provincia. Professus est die 25 mensis Martii anni 1909.

Propter opinionem de horum Dei Servorum martyrio ab initio ut tale ab hominibus sinceris cordi habito quaeque magis magisque crevit, duo instructi sunt processus: primus, de Servo Dei Iosepho Maria Ruiz Cano, instructus est in dioecesi Seguntina anno 1954; alter, de Servis Dei Iesu Hannibale Gómez Gómez, Thoma Cordero Cordero et tredecim sociis instructus est in Cluniae praelatura anno 1959. Per rescriptum diei 17 mensis Maii anni 1987 coniuncti sunt ambo Processus, et die 11 mensis Ianuarii anni 1991 approbata est unica Causa per Decretum super validitate Processuum. Die 9 mensis Iunii anni 2009 celebratus est Peculiaris Congressus Consultorum Theologorum, qui conventus agnovit firmitatem elementorum tum materialium tum formalium martyrii. Hic optimus finis ratus habitus est ab Eminentissimis Cardinalibus et Excellentissimis Episcopis in sessione ordinaria diei 4 mensis Maii cum Causam exponeret Excellentissimus Dominus Linus Fumagalli, Episcopus titularis Sabinensis-Mandelensis.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Archiepiscopo Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Benedictus XVI, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Iosephi Mariae Ruiz Cano, Iesu Hannibalis Gómez Gómez, Thomae Cordero Cordero, Abelardi García Palacios, Angeli López Martínez, Angeli Pérez Murillo, Antonii Lasa Vidaurreta, Antonii Orrego Fuentes, Candidi Catalán Lasala, Claudii López Martínez, Gabrielis Barriopedro Tejedor, Melecii Pardo Llorente, Ottilii del Amo Palomino, Primitivi Berrocoso Maillo, Vincentii Robles Gómez et Philippi González de Heredia, omnium e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B.M.V. (Claretianorum), in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2010.

✠ Angelus Amato, S.D.B.
Archiep. tit. Silensis, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Michaël Di Ruberto
Archiep. tit. Biccarensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PAULALFONSANENSIS et IUAZEIRIENSIS

de finium mutatione

DECRETUM

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP. DD. Vidonius Zendron, Episcopus Paulalfonsanensis, et Iosephus Geraldus da Cruz, Episcopus Iuazeiriensis, unanimo consensu ab Apostolica Sede expostulaverunt ut circumscriptionum sibi concreditarum fines immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Laurentii Baldisseri, Archiepiscopi titulo Diocletianensis et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice, BENEDICTO, Divina Providentia PP. XVI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, hoc Decreto, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Paulalfonsanensi distrahit et dioecesi Iuazeiriensi adnectit integrum territorium municipii vulgo "*Uauá*", mutatis, hac ratione, utriusque ecclesiasticae circumscriptionis finibus.

Quamobrem documenta et acta praefati territorii clericos, fideles ac bona temporalia respicientia a Curia Paulalfonsanensi ad Curiam Iuazeiriensem transmittantur.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum

in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Episcopis, die 17 mensis Iunii anno 2011.

Marcus S.R.E. Card. Ouellet
Praefectus

✠ Monteiro de Castro Manuel
Archiep. tit. Beneventensis
a Secretis

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Benedictus Pp. XVI, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 2 Iulii 2011. — Metropolitanae Ecclesiae Berolinensi, Exc.mum P. D. Rainerium Mariam Woelki, hactenus Episcopum titularem Scampinum et Auxiliarem Archidioecesis Coloniensis.

die 6 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Captatoropolitanae, Exc.mum P. D. Severinum Clasen, O.F.M., hactenus Episcopum Arassuahyensem.

— Cathedrali Ecclesiae Maiaguezensi, Exc.mum P. D. Alvarum Corrada Del Rio, S.I., hactenus Episcopum Tylerensem, quem proinde a vinculo huius dioecesis solvit.

die 11 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Zabensi, R. D. Christianum Lépine, e clero archidioecesis Marianopolitanae, hactenus paroeciae vulgo dictae «Notre-Dame-des-Champs et Purification-de-la-Bienheureuse-Vierge-Marie» curionem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Trebanae, R. D. Thomam Dowd, hactenus archidioecesanae Formationis Officii Moderatorem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Nicoletanae, Exc.mum P. D. Andream Gazaille, hactenus Episcopum titularem Vagensem et Auxiliaren archidioecesis Marianopolitanae.

die 12 Iulii. — Archiepiscopali Ecclesiae Luxemburgensi, R. P. Ioannem Claudium Hollerich, S.I., hactenus Pro-Rectorem Universitatis *Sophia University* Tokii, in Iaponia.

die 14 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Altensi, Quetzaltenanguensi-Totonicapensi Exc.mum P. D. Marium Albertum Molina Palma, O.A.R., hactenus Episcopum Quicensem.

die 15 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sanctae Rosae de Osos, Exc.mum P. D. Georgium Albertum Ossa Soto, hactenus Episcopum Florentiae.

die 15 Iulii 2011. — Cathedrali Ecclesiae Pereiranae, Exc.mum P. D. Rigobertum Corredor Bermúdez, hactenus Episcopum Garzonensem.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Abaradirensi, R. P. Marcum Semren, O.F.M., hactenus Conventus Fratrum Minorum vulgo Gorica-Livno Superiorem, quem constituit Auxiliarem dioecesis Baniae Lucensis.

die 16 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Matamorensi, Exc.mum P. D. Ruy Rendón Leal, hactenus Episcopum Praelatum Saltensem in Mexico.

— Titulari episcopali Ecclesiae Arcavicensi, R. D. Gregorium Ryś, e clero archidioecesis Cracoviensis, ibique Seminarii Maioris Rectorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari Ecclesiae Amaiensi, R. P. Damianum Andream Muskus, sodalem Ordinis Fratrum Minorum in Polonia, hactenus Praefectum provincialem studiorum, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Cracoviensis.

die 16 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Cucutensi, Exc.mum P. D. Iulium Caesarem Vidal Ortiz, hactenus Episcopum Monteriensem.

die 18 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Brigantiensi-Mirandensi, R.D. Iosephum Emmanuelem Garcia Cordeiro, e clero eiusdem dioecesis, hactenus Rectorem Pontificii Collegii Lusitani in Urbe.

die 19 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Savannensi, R. P. Gregorium Ioannem Hartmayer, O.F.M. Conv., hactenus curionem paroeciae Sancti Ioannis Vianney in oppido vulgo dicto Lithia Springs in archidioecesi Atlantensi.

— Metropolitanae Ecclesiae Philadelphiensi Latinorum, Exc.mum P. D. Carolum Iosephum Chaput, O.F.M. Cap., hactenus Archiepiscopum Denveriensem.

die 22 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Claudii, Exc.mum P. D Vincentium Jordy, hactenus Episcopum titularem Idassensem et Auxiliarem archidioecesis Argentinensis.

— Cathedrali Ecclesiae Ielgavensi, R. D. Eduardum Pavloskis e clero archidioecesis Rigensis, hactenus paroeciae vulgo dictae «Cristo Re» curionem.

die 26 Iulii 2011. — Metropolitanae Ecclesiae Sherbrookensi, Exc.mum P. D. Lucam Cyr, hactenus Campivallensem Episcopum.

— Cathedrali Ecclesiae Iaciensi, R. D. Antoninum Raspanti, e clero dioecesis Drepanensis, hactenus Historiae Spiritualitatis apud Pontificiam Facultatem Theologicam « Sancti Ioannis Evangelistae » Panormi Doctorem.

die 27 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Bauzanensi-Brixinensi, R. D. Ivonem Muser, e clero eiusdem dioecesis, hactenus ibidem Instituti Theologici dioecesani Professorem et Capituli Cathedralis Brixinensis Decanum.

— Cathedrali Ecclesiae Petrolinensi, Exc.mum P.D. Emmanuelem dos Reis de Farias, hactenus Episcopum Patosensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nobensi, R. D. Gilsonium Andrade da Silva, e clero Petropolitanensi, hactenus in eadem dioecesi Seminarii «*Nossa Senhora do Amor Divino*» Rectorem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Sancti Salvatoris in Brasilia.

die 4 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Scepusiensi, Exc.mum P.D. Stephanum Sečka, hactenus Episcopum titularem Sitensem et Auxiliarem Scepusiensem.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Benedictus divina Providentia PP. XVI, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 9 Iunii 2011. — Titulari episcopali Ecclesiae Girensi Tarasii, R. P. Ioannem Doaninoel, S.M., hactenus Episcopum Auxiliarem archidioecesis Rabaulensis, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Honiaranae.

die 10 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Sokotoënsi, R. D. Matthaeum Hassan Kukah, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Kadunaënsis.

die 13 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Hiroshimaënsi, R. D. Thomam Aquino Manyo Maeda, Secretarium generalem Conferentiae Episcopalis Iaponiensis.

die 14 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Parakuensi, R. P. Paschalem N'Koué, hactenus Episcopum dioecesis Natitinguensis.

die 16 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Kohimaënsi, R. D. Iacobum Thoppil, e clero dioecesis Kohimaënsis, hactenus Rectorem *de Oriens Theological College* in archidioecesi Shillongensi.

die 8 Iulii. — Archiepiscopum Coadiutorem Portus Hispaniae, R. D. Iosephum Harris, C.S.Sp., hactenus Parochum et Vicarium iudicialem in eadem Sede Metropolitana.

— R. D. Carolum Jason Gordon, e clero metropolitanae Ecclesiae Portus Hispaniae, ibidem Moderatorem Curiae, quem constituit Episcopum dioecesis Pontipolitanae in Insulis Barbatianis et Episcopum dioecesis Regalitanae in urbe Sancti Vincentii et vulgo Grenadine.

die 8 Iulii 2011. — Cathedrali Ecclesiae Namibanae, R. D. Dionysium Hisiilenapo, e clero dioecesis Ondiivanae, hactenus Secretarium exsecutorium Conferentiae Episcopalis Angoliae et S. Thomae in Insula.

— Cathedrali Ecclesiae Sylhetensi, noviter conditae in Bangladesa, Exc.mum R. P. Bejoy Nicephorum D'Cruze, O.M.I., hactenus Episcopum dioecesis Khulnensis.

— Cathedrali Ecclesiae Avkaënsi, Exc.mum R. P. Paulinum Chukwuemeka Ezeokafor, hactenus Episcopum titularem Tetcitanum et Auxiliarem et Administratorem Apostolicum eiusdem dioecesis.

die 9 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Malindiensi, R. D. Emmanuelem Barbara, O.F.M. Cap., hactenus Superiorem Provincialem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum in Melita atque Praesidem Conferentiae Capuccinorum Europaeae.

die 16 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Ihosiensi, R. D. Fulgentium Razakarivony, Missionarium Dominae Nostrae a La Salette sodalem, hactenus Secretarium administrativum Conferentiae Episcopalis Madagascariensis.

die 4 Augusti. — R. D. Vladimirum Fekete, S.D.B., Superiorem Ecclesiasticum Bacuensem, quem constituit Primum Praefectum Apostolicum Azerbaigianiensem.

ACTA TRIBUNALIUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA

MATRITENSIS

DECRETUM

Quo plenaria conceditur Indulgentia christifidelibus qui, occasione « XXVI Mundialis Iuvenum Diei », Matritum in forma peregrinationis confluerint; partialem autem Indulgentiam consequi valebunt omnes qui, ubique terrarum, ad spiritales Coetus fines eiusque felicem exitum oraverint.

Paenitentiariae Apostolicae preces nuper allatae sunt ab Eminentissimo Patre Domino Maria Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Rouco Valera, Archiepiscopo Metropolita Matritensi atque Praeside Conferentiae Episcoporum Hispaniae, ut iuvenes desideratos sanctificationis fructus attingant ex « xxvi Mundiali Iuvenum Die » qui, a die xvi usque ad diem xxi vertentis mensis Augusti, sub proposito: « *Radicati et superaedificati in Christo, confirmati fide* » (cfr. *Col* 2, 7) in Hispaniae nationis capite celebrabitur.

Quibus Beatissimo Patri relatis, Apostolica Paenitentiaria speciali ad hoc facultate instructa est ut donum Indulgentiae per praesens Decretum indicaret iuxta ipsius Summi Pontificis mentem, prout sequitur:

Plenaria conceditur *Indulgentia* christifidelibus qui aliquot sacris functionibus vel spiritalibus inceptis, decursu « xxvi Mundialis Iuvenum Diei » Matriti peragendis, necnon sollemni eius conclusioni, devote interfuerint, dummodo, confessi et vere paenitentes, Sacram Synaxim susceperint et ad mentem Sanctitatis Suae pie oraverint.

Partialis conceditur *Indulgentia* christifidelibus, ubicumque fuerint dum praedictus celebrabitur conventus si, corde saltem contrito, Deo Spiritui

Sancto elevabunt preces, ut Ipse ad caritatem iuvenes incitet, et vigorem eis infundat in Evangelio propria vita nuntiando.

Quo autem facilius christifideles caelestium horum munerum participes fieri queant, sacerdotes, ad sacramentales confessiones audiendas legitime adprobati, prompto et generoso animo sese praebeant ad ipsas excipiendas et fidelibus publicas preces pro bono ipsius « Mundialis Iuvenum Diei » exitu proponant.

Praesenti pro hac vice valituro. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die II mensis Augusti, anno Incarnationis Dominicae MMXI, in pia « Portiunculae » memoria.

Fortunatus S.R.E. Card. Baldelli
Paenitentiarius Maior

✠ Ioannes Franciscus Girotti, O.F.M. Conv.
Ep. tit. Mentensis, *Regens*

L. + S.
In PA tab., n. 941/11/1

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Benedetto XVI ha ricevuto in Udienza Ufficiale:

Lunedì, 18 luglio, S. E. il Sig. Dato' Sri Mohd Abdul Razak, Primo Ministro della Malesia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato:

15 luglio 2011 S.E.R. Mons. Ivo Scapolo, Arcivescovo titolare di Tagaste, finora Nunzio Apostolico in Rwanda, *Nunzio Apostolico in Cile*.

» » » S.E.R. Mons. Claudio Gugerotti, Arcivescovo titolare di Ravello, finora Nunzio Apostolico in Georgia, Armenia e Azerbaigian, *Nunzio Apostolico in Bielorussia*.

22 » » S.E.R. Mons. Ivan Jurkovič, Arcivescovo titolare di Corbavia, Nunzio Apostolico nella Federazione Russa, *Nunzio Apostolico in Uzbekistan*.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato:

30 giugno 2011 L'Ill.mo Dott. Joseph F. X. Zahra (Malta), Membro del Consiglio di Amministrazione della « Fondazione Centesimus Annus – Pro Pontifice », *Revisore Internazionale della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede*.

2 luglio » L'Ecc.mo Mons. Marcelo Sànchez Sorondo, Vescovo tit. di Vescovio, Cancelliere delle Pontificie Accademie delle Scienze e delle Scienze Sociali, *Consigliere della Pontificia Commissione per l'America Latina*; e gli Em.mi Signori Cardinali: Francisco Javier Errázuriz Ossa, Arcivescovo emerito di Santiago de Chile (Cile); Julio Terrazas Sandoval, Arcivescovo di Santa Cruz de la Sierra (Bolivia); Oscar Andrés Rodríguez Maradiaga, Arcivescovo di Tegucigalpa (Honduras); Juan Luis Cipriani Thorne, Arcivescovo di

Lima (Perú); Cláudio Hummes, Prefetto emerito della Congregazione per il Clero (Brasile), e confermato l'Em.mo Signor Cardinale Jorge Liberato Urosa Savino, Arcivescovo di Caracas (Venezuela), *Membri della medesima Pontificia Commissione per l'America Latina.*

4 luglio 2011 Il Rev.do P. Gabino Uribarri Bílbao, S.I., Decano della Facoltà di Teologia dell'Università Pontificia «Comillas» di Madrid (Spagna); e gli Ill.mi Signori: Prof. Pascal Mueller-Jourdan, Docente di Teologia presso la Facoltà di Teologia dell'*Université Catholique de l'Ouest*, Angers (Francia); Prof.ssa Sigrid Müller, Vice-decano della *Katholisch-Theologische Fakultät* dell'Università di Vienna (Austria), *Membri del Consiglio scientifico dell'«Agenzia della Santa Sede per la Valutazione e la Promozione della Qualità delle Università e Facoltà Ecclesiastiche» (AVEPRO).*

7 » » L'Ecc.mo Mons. Domenico Calcagno, Arcivescovo-Vescovo emerito di Savona-Noli, finora Segretario, *Presidente dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica*; e il Rev.do Mons. Luigi Misto, finora Direttore dell'Istituto Superiore di Studi Religiosi e della Fondazione Ambrosiana Paolo VI di Villa Cagnola in Gazzada Schianno (Varese), e Responsabile del Servizio dell'Arcidiocesi di Milano per la Promozione del Sostegno economico alla Chiesa, *Segretario dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

14 » » Il Rev.do P. Augusto Chendi, M.I., finora Officiale presso la Congregazione per la Dottrina della Fede, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari.*

» » » Il Rev.do Mons. Jean-Marie Mate Musivi Mupendawatu, finora Sotto-Segretario, *Segretario del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari.*

18 » » L'Ill.mo Dott. Antonio Pacella, finora Aiutante di Studio, *Capo Ufficio Amministrativo della Tipografia Vaticana – Editrice «L'Osservatore Romano».*

20 » » L'Ill.mo Sig. Dott. Marco Buonocore, Archivista Capo della Biblioteca Apostolica Vaticana, *Presidente della Pontificia Accademia Romana di Archeologia, per un quinquennio.*

27 » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Juan Luis Cipriani Thorne, Arcivescovo di Lima, e Agostino Vallini, Vicario Generale di Sua Santità per la Diocesi di Roma; e l'Ecc.mo Mons. Giovanni Paolo Benotto, Arcivescovo di Pisa, *Membri della Congregazione delle Cause dei Santi «in aliud quinquennium».*

NECROLOGIO

25	dicembre	2010	Mons. Luís Manresa Formosa, Vescovo em. di Quezeltenango (*Guatemala*).
7	luglio	2011	Mons. Miguel G. Purugganan, Vescovo em. di Ilagan (*Filippine*).
8	»	»	Mons. Camille Lembi Zanelli, Vescovo di Isangi (*Congo*).
11	»	»	Mons. Michael Charles Evans, Vescovo di East Anglia (*Inghilterra*).
12	»	»	Mons. Charles A. Schleck, C.S.C., Arcivescovo tit. di Africa (*Stati Uniti d'America*).
16	»	»	Mons. Cesare Mazzolari, M.C.C.J., Vescovo di Rumbeck (*Kenia*).
»	»	»	Mons. Albin Małysiak, C.M., Vescovo tit. di Beatia (*Spagna*).
19	»	»	Mons. William Leonard D'Mello, Vescovo em. di Karwar (*India*).
»	»	»	Mons. Henrique Johannpötter, O.F.M., Vescovo em. di Bacabal (*Brasile*).
21	»	»	S. Em.za il Card. Kazimierz Świątek, del Titolo di S. Gerardo Maiella.
»	»	»	Mons. Slavomir Miklovš, Vescovo em. di Križevci (*Croatia*).
»	»	»	Mons. Pedro Claro Meurice Estíu, Arcivescovo em. di Santiago de Cuba (*Cuba*).
24	»	»	S. Em.za il Card. Virgilio Noè, del Titolo di Regina Apostolorum.
»	»	»	Mons. Paul Marchand, S.M.M., Vescovo di Timmins (*Canada*).
26	»	»	Mons. Georges Kwaïter, B.S., Arcivescovo em. di Saïdā Deir el Kamar e dei Greco-Melkiti (*Libano*).
27	»	»	Mons. Pietro Sambi, Arcivescovo tit. di Belcastro (*Italia*).
»	»	»	Mons. Rudolf Baláž, Vescovo di Banská Bystrica (*Slovenia*).
»	»	»	Mons. Francis John Spence, Arcivescovo em. di Kingston (*Canada*).
30	»	»	Mons. Vincent Kympat, Vescovo di Jowai (*India*).
31	»	»	Mons. Joseph Albert Rosario, M.S.F.S., Vescovo em. di Amravati (*India*).